Apostolus nanq; ait q̄ inuisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sūt intellecta conspiciuntur. sempiterna q̄q; virtus eius et diuinitas. per creaturam mundi intelligitur homo propter excellentiā qua excellit inter alias creaturas vel propter conuenientiam: quā habet cum omni creatura. homo igit̄ inuisibilia dei intellectu mentis conspicere potuit. vel etiam conspexit per ea q̄ facta sūt. id est per creaturas visibiles vel inuisibiles. A duobus enim iuuabatur saliciz a natura que rationalis erat. ⁊ ab operibus a deo factis. vt manifestaretur homini veritas. Ideo apostolus dicit. quia deus reuelauit illis salicet dum fecit opera in quibus artificis aliquatenus relucet inditum. Nam sicut ait beatus Ambrosius. Ut deus qui natura inuisibilis est etiam a visibilibus posset sciri. opus fecit quod opifice visibilitate sui manifestauit vt p certū icertū possz sciri. ⁊ ille deus omniū esse crederetur. qui hoc fecit. ab hoc q̄d impossibile est fieri. Potuerunt ergo cognoscere siue cognouerunt vltra omnem creaturam illum eē qui ea fecit que nulla creaturarum facere vel destruere valet. Accedat quecūq; vis creatura. ⁊ faciat tale celuz ⁊ talem terram. ⁊ dicaz quia deus est. Nō quia nulla creatura talia facere valz. cōstat supra omnem creaturam illuz esse qui ea fecit ac per hoc illum esse deum humana mens cognoscere potuit

¶ Secūda ratio qua potuit cognosci vel modus q̄ nouerūt

Alio enī modo dei veritatem ductu rationis cognoscere potuerunt vel etiam cognouerunt. Ut enī Augustinus ait in libro de ciuitate dei. Viderūt summi philosophi nullū corpus deū esse. ⁊ ideo cuncta corpa transcenderunt querentes deum. Viderunt etiam quicquid mutabile est. non eē sūmū deum omniūq; principium. ⁊ ideo omnem animam mutabilemq; spiritus transcenderūt. Deinde viderunt omne quod mutabile est nō posse esse nisi ab illo qui incōmutabiliter ⁊ simpliciter ē. Intellexerunt igitur cum ⁊ omnia ista fecisse. ⁊ a nullo fieri potuisse.

¶ Tercia ratio vel modus

Considerauerunt etiam quicquid est in substātijs vel corpus esse vel spiritum. meliusq; aliquid spiritum esse q̄z corpus. sed longe meliorem qui spiritum fecit etiam corpus

¶ Quartus modus vel ratio

Intellexerunt etiam corporis speciem esse sensibilem. ⁊ spiritus speciem intelligibilem. intelligibilem spēm sensibili pretulerunt. sen

sibilia dicimus que visu tactuq; corporis sentiri. queūt intelligibilia q̄ conspectu mentis intelligi. Cum ergo in eor conspectu et corporis ⁊ animus magis minusq; speciose essent. Si autē oī spē carere possent oīno nulla eēnt viderūt esse aliq̄d quo illa speciosa facta sunt. vbi est patria ⁊ incommutabilis species. ideoq; incomperabilis. ⁊ illud esse rerum principiū rectissime crediderūt quod factuz non esset. ⁊ ex quo cuncta facta essent. ecce tot modis potuit cognosci veritas dei. Cum ergo deꝰ vna sit ⁊ simplex essentia q̄ ex nulla diversitate prium vel accidentium consistit. pluraliť tamē dicat apostol⁹ inuisibilia dei. qz pluribꝫ modis cognoscať veritas dei p ea que facta sunt. Ex perpetuitate nāq; creaturaz intelligitur cōditor eternus. ex magnitudīe creaturaz oī potens. ex ordine et dispositione sapiens. ex gubernatione bon⁹. Omnia autem hec ad vnitatem veritatis ptinent monstranda

¶ Quomodo in creaturis appet vestigium trinitatis.

Nūc restat oīdere an per ea que facta sunt aliqō trinitatis inditium vel exiguum haberi potuerit. De hoc Augu. in vi. de trini. Oportet vt creatorē p ea que facta sunt intellectu conspicientes trinitatem intelligimus. Huius enim trinitatis vestigium in creaturis apparet. Hec enim que arte diuina facta sunt ⁊ vnitatem quandam in se ostendunt ⁊ speciem et ordinem. Nā quodq; horz creatorum et vnum aliquid est. sicut sunt nature corporum et animarū. et aliqua specie formantur sicut sunt figure vel qualitates corporum ac doctrine. vel artes animarum. et ordinē aliquem petit aut tenet. sicut sunt pondera vel collocationes corporum ⁊ amores vel delectationes animarum. Et ita in creaturis plucet vestigiū trinitatis. In illa ei trinitate sūma origo ē oīm rez ⁊ pulchritudo pfectissima et brissima delectatio Sūma āt origo. vt Augustinus ostēdit in libro de vera religione. intelligiť deus pater a quo sunt oīa. a q̄ filius et spiritussc̄is. perfectissima pulchritudo intelligitur filius scz veritas pris. nulla ex pte ei dissimil'. quē cū ipso ⁊ in ipso patre veneramur. q̄ forma est omnium q̄ ab vno facta sunt ⁊ ad vnū referunť Que tū oīa nec fierēt a pre per filium neq; suis finibꝫ salua eēnt. nisi deꝰ summe bon⁹ esset. qui ⁊ nulli nature. ⁊ vt in bono ipo maneaz q̄ ab illo bona eēt inuidit. alia quantum vellet. alia quantum posset dedit Que bonitas spiritus sanctus intelligitur. qui est donum patris ⁊ filij. quare ipsum donum dei cum patre ⁊ filio eque incōmutabile colere et tenere nos conuenit ¶ Per considerationem itaq; creaturaz vnius substantie trinitatem intelligimus scz vnū deū patrē a q̄ sum⁹. ⁊ filium per quē sum⁹ et spiritū sanctum in quo sumus. scz pncipium ad quod recurrimus. ⁊ formaz quam sequimur. ⁊ gratiam qua reconsiliamur. vnum scz q̄ auctore conditi sumus. ⁊ similitudinem ei⁹ per quam ad vnitatem reformamur ⁊ pacem q̄ vnitati adhęrenus. scz deum qui dixit fiat. et verbum per quod factū est omne qō substantialiter ⁊ naturaliter est ⁊ donū benignitatis eius qua placuit q̄ ab eo per verbum factum est ⁊ reconsiliatum est auctori vt non interiret' Ecce ostensum est qualiter in creaturis aliquatenus ymago trinitatis indicatur Non em̄ per creaturarum contemplationem sufficiēs noticia trinitatis p̄t hīi vl' potuit sine doctrine vel interioris inspiratiois reuelatōne. Unde illi antiqui philosophi quasi per umbram ⁊ de longinquo viderunt veritatem deficientes in contuitu trinitatis. vt magi pharaonis in tercio signo. adiuuamur tamen in fide inuisibiliū per ea que facta sunt

¶ Quomodo in anima sit imago trinitatis

Nunc vero ad eaz

iam ꝓueniamus disputationē. vbi in mente humana que nouit deū. vel pōt nosse trinitatis imaginem repiamus. Ait enī ait augu. in. xiij. lib. de tri. Licet hūana mens non sit eius nature. cuius deus est. imago tamen illius quo nihil melius est. ibi querenda ⁊ inuenēda ē. quo natura nostra nihil habet melius. i. in mente. In ipsa enī mente etiam antecz̄ sit ꝓtinceps dei ei⁹ imago reperitur. etsi enim amissa dei participatione deformis sit. imago tñ dei ꝓmanet. Eo enī ipso imago dei est mens q̄ capax est ei⁹. eiusc̄ esse ꝓtinceps potest Jaz ergo in ea trinitatem que deus ē inquiramus. Ecce ergo mens sui memint. intelligit se. diligit se. hec si cernimus. cernimus trinitatem. nondum q̄dem deum sed imaginem dei. Hic enim quedaz apparet trinitas memorie intelligentie et amoris. Hec ergo tria potissimum tractemus. memoriā itelligentiam ⁊ volūtatem. Hec ergo tria vt ait augu. in. x. li. de tri. non sunt tres vite s̄ vna vita. nec tres mētes s̄ vna mens vna essentia. Memoria vero dicitur ad aliquid. ⁊ intelligentia ⁊ volūtas siue dilectio similiter ad aliquid dicitur. vita vero dicī ad seipsaz. ⁊ mēs et essentia. hec ergo tria eo sunt vnū q̄ vna vita vna mens ⁊ vna essentia. et quicquid aliud ad seipsa singula dicuntur etiam simul non pluraliter sed singulariter dicuntur. eo vero tria sunt q̄ ad seinuicem referuntur.

¶ Quō equalia sint que capiunt̄ a singulis omnia ⁊ tota.

Equalia etiā sūt ñ

solum singula singulis sed etiaz singula omnibus. alioquin non seinuicem caperent. sc aūt inuicē capiūt. capiūtur ei et a singul' singl'a ⁊ a singul' oia. Memini enim me habere memoriam ⁊ intelligentiam et voluntatem. et intelligo me intelligere et velle atq̄ meminisse et volo me velle et meminisse et intelligere. totanq̄ meam memoriam ⁊ intelligentiam et voluntatem simul memini. Quod enim memorie mee non memini illud non est in memoria mea Nihil autem tam in memoria q̄z ipsa memoria. totam ergo memini. Item quicquid intelligo intelligere me scio. et scio me velle quicquid volo. quicquid autem memini scio. Totam igitur intelligentiam totanq̄ voluntatē meam memini.

¶ Quomodo illa tria tota capiat intelligentia.

Similiter cuz hec

tria intelligo tota simul intelligo. neqz enim quicq̄z intelligibiliū est. quod nō intelligam. nisi quod ignoro. qō autem ignoro nec memini nec volo. Quicq̄d autem intelligibilium non intelligo cōsequenter etiam nec memini nec volo quicquid autem intelligibilium memini ⁊ volo consequenter intelligo

¶ Quō illa tota capiat voluntas.

Volūtas etiā mea

totam intelligentiaz totāq̄ memoriā meam capit. dū vtoz eo toto quod intelligo ⁊ memini. Cum itaqz inuicez a singulis ⁊ omnia ⁊ tota capiantur. equalia sunt tota singula totis singulis. et tota singula simul omnibus totis. ⁊ hec tria vnum. vna vita. vna mens'. vna essentia. Ecce illius summe vnitatis atqz trinitatis vbi vna est essentia ⁊ tres psone. imago est mens humana licet impar. Mens autem hic pro animo ipso accipitur vbi est imago illa trinitatis. Proprie vero mens dicitur vt ait Augustinus. non anima ipa. s̄ quod in ea ē excellentius. qualit

sepe accipitur. Illud etiam sciēdum q̄ memoria non solum absentium est et preteritorum. sed etiam presentium. vt ait Augustinus in quarto libro de trini. alioquin non se caperet.

¶ Ex quo sensu illa tria dicantur vnū et vna essentia queritur

Hic attendenduz

est diligenter ex quo sensu accipiendū sit quod supra dixit. illa tria scilicet memoriam intelligentiam ⁊ voluntatez esse vnum. vnam mentem. vnā essentiam. quod vtiq̄ non videtur verum esse iuxta proprietatē sermois. Mēs enim id est spiritus rationalis essentia spiritualis est ⁊ incorporea. Illa vero tria naturales proprietates seu vires sunt ipsius mentis. et a seinuicem differunt. quia memoria non est intelligentia vel voluntas. nec intelligētia voluntas siue amor.

¶ Or etiam ad seinuicem dicuntur relatiue.

Et hec tria etiam

ad seinuicem referuntur. vt ait Augustinus in. ix. libro de trini. Mens enim amare seipsam vel meminisse non potest. nisi etiam nouerit se. Naz quomodo amat vel memīt quod nescit Mirо itaq̄ modo ista tria inseparabilia sūt a semetipsis. ⁊ tamen eorum singuluz et simul omnia vna essentia est. cum ⁊ relatiue dicantur ad inuicem.

¶ Hic aperitur quod supra quereba tur scilicet quomodo hec tria dicantur vnum.

Bed iaz videndū

est quomodo hec tria dicātur vna substantia. ideo scilicet quia in ipsa anima vel mente substantialiter existunt. non sicut accidentia in subiectis. que possūt adesse et abesse. Unde Augustinus in li. ix. de tri. ait. Ammonemur si vtrūq̄ videre possumus hic in animo existere substantialiter. nō tanq̄ in subiecto vt color in corpore. quia etsi relatiue dicūtur ad inuicem singula tamen substantialiter sunt in sua substantia. Ecce ex quo sensu illa tria dicantur vnum esse vel vna substātia. Que tria vt ait Augustinus in libro. xv. de trini. in mente naturaliter diuinitus instituta quisq̄ viuaciter perspicat et q̄q̄ magnum sit in ea. Unde potest etiam sempiterna immutabilisq̄ natura recoli. conspici. cōcupisci. Reminiscitur enim per memoriam intuetur per intelligentiam. amplectitur per dilectionem. profecto reperit illius summe trinitatis imaginē.

¶ Or in illa similitudine est dissimilitudo.

Veruntamē. cane

at ne banc imaginem ab eadem trinitate factam ita ei comparet. vt omnino existimet similem. sed potius in qualicunq̄ ista similitudine magnam quoq̄ dissimilitudinez cernat.

¶ Prima dissimilitudo.

Quod breuiter os

tendi potest. Homo vnus per illa tria intelligit. meminit diligit qui nec memoria est nec intelligentia nec dilectio sed hec habet. Unus ergo homo est qui habet hec tria. non tamen ipse est hec tria. In illius vero summe simplicitate nature que est deus. q̄uis vnus sit deus. tres tamen persone sunt pater ⁊ filius et spiritussanct⁹ ⁊ hee tres vnus deus. Aliud est itaq̄ trinitas res ipsa. aliud imago trinitatis in re alia. propter quam imaginem etiam illud in quo sunt hec tria imago dicitur scilicet homo. sicut imago dicitur ⁊ tabula et pictura que est in ea. sed tabula nomine imaginis appellatur propter picturam que est in ea.

¶ Altera dissimilitudo.

Rursꝰ ista imago que est homo habens illa tria vna persona est. illa vero trinitas non vna persona est sed tres persone. pater filij et filius patris et spiritus patris et filij. Itaqꝫ in ista imagine trinitatis. nō hec tria vnus homo. sed vnius hominis sē In illa vero summa trinitate cuius hec imago est. non vnius dei sunt illa tria. sed vnus deus. et tres sunt ille. non vna persona. illa enim tria non homo sē sed hominis sunt. vel in homine sunt. Sed nunquid possumus dicere trinitatem sic esse in deo vt aliquid dei sit. nec ipsa sit deus. Absit vt hoc credamus. Dicamus ergo in mente nostra imaginis trinitatem sed exiguam ⁊ q̄lemcunqꝫ esse. que summe trinitatis ita gerit similitudinem vt ex maxima parte sit dissimilis. Sciendum vero q̄ hec trinitas mentis vt ait Augustinus in. xiij. libro de trinitate nō propterea tantum imago dei est quia sui meminerit mens ⁊ intelligit ac diligit se. sed quia potest etiam meminisse et intelligere et amare illum a quo facta est

¶ Alia assignatio trinitatis in anima scilicet mens noticia amor.

Potest etiam alio modo alijsqꝫ nominibus distingui trinitas i anima que est imago illius summe et ineffabilis trinitatis. Et enim ait Augustinus in. ix. libro de trinitate. mēs et noticia eius ⁊ amor tria quedam sunt. Mens enim nouit se amat se. nec amare potest se nisi etiam nouerit se. Duo quedam sunt mens ⁊ noticia eius. Item duo quedā sunt mēs et amor eius Cum ergo se nouit mēs et amat se manet trinitas scilicꝫ mens amor et noticia. Mens autem hic nō accipitur pro anima sed pro eo quod in anima excellentius est.

¶ Quomodo dicantur esse vnum

Hec autem tria cum sint distincta a seinuicem. dicuntur tamē esse vnum quia in animo substantialiter existunt.

¶ Quia mens vice patris. noticia. filij amor spiritussancti accipitur.

Et est ipsa mens quasi parens et noticia eius quasi proles eius. Mens enim cum se cognoscit noticiam sui gignit. ⁊ est sola parēs sue noticie. tercius est amor qui de ipsa mente ⁊ noticia procedit. dum mēs cognoscens se diligit se. non enim posset se diligere nisi cognosceret se. amat etiam placitam prolem id est noticiaꝫ suam. et ita amor quidam complexus est parentis ⁊ prolis

¶ Or non est minor mēte noticia. nec amor vtroqꝫ.

Nec minor est proles parente dum tantaꝫ se nouit mēs quanta est. nec minor est amor parente et prole. id est mente ⁊ noticia. dū tantum se diligit mens quantum se nouit ⁊ quāta est.

¶ Or hec tria in seipsis sunt.

Sunt etiā hec singula in seipsis. quia ⁊ mens amans in amore est ⁊ amor in amantis noticia. et noticia in mente noscente est. ecce i his tribus qualecunqꝫ trinitatis vestigium apparet.

¶ Quomodo mens per ista proficiat ad intelligendum deuz.

Mens itaqz ratio nalis considerans hec tria. ⁊ illam vnã essentiaz in qua ista sunt. extendit se ad contemplationem creatoris. et videt trinitatem in vnitate ⁊ vnitatem i trinitate. Intelligit enim vnum deum esse. vnam essentiam vnum principium. Intelligit enim mens quia si duo essent. vel vterqz insufficiens esset. vel alter superflueret. quia si aliquid deesset vni quod alter haberet. nõ esset ibi sũma perfectio. Si vero nihil vni deesset quod haberet alter. cum in vno essent omnia. alter supfluerz Intellexit ergo vnum esse deum vnum omnium auctorem. ⁊ vidit quia absqz sapientia nõ sit quasi res fatua. ⁊ ideo intellexit euz habere sapientiam. que ab ipso genita est. ⁊ quia sapientiam suam diligit intellexit ibi etiam esse amorem.

¶ Hic de summe trinitatis vnitate.

Quapropter iux ta istam considerationem vt ait Augustinus in libro. ix. de trinitate. credamus patrem et filium ⁊ spiritumsanctum vnum esse deum. vniuerse creature conditorem ⁊ rectorem. nec patrẽ esse filium nec spiritumsanctum. vel patrem esse vel filium. sed trinitatem relatarum ad inuicem psonarum. Ut enim ipse ait in libro de fide ad petrum Una ẽ natura siue essentia patris et filij ⁊ spũssancti. non vna psona. Si enim sic eẽt vna psona sicut est vna substantia patris et filij ⁊ spiritussancti. vere racter trinitas non diceretur. Rursus quidem trinitas esset vera. sed vnus deus trinitas ipsa non esset. si quẽadmodum pater ⁊ filius et spũssanctus pso naz sunt ab inuicem, pprietate distincti. sic fuissent naturaz quoqz diuersitate discreti Fides aũt patriarchaz prophetaz atqz apostoloz vnum deũ pdicat esse trinitatem. In illa ergo sancta trinitate vnus deus est pater. q̃ solus essentialiter de seipso vnũ filiũ genuit. et vnus filius qui de vno patre solus essentialiter natus. ⁊ vn⁹ spũssc̃us qui solus essentialiter a patre filioqz procedit. Hoc autẽ totum non potest vna psona. i. gignere se ⁊ nasci de se et pcedere de se. Est enĩ ait Augu. in. i. li. de trinitate. Nulla res est qui seipsam gignat vt sit.

¶ Distin. nij. Queritur vtrum concedendum sit q̃ deus se genuerit.

Hic oritur questio saris necessaria. Constat ⁊ irrefragabiliter verum est q̃ deus pater genuit filium. Ideo queritur vtrum concedendum sit q̃ deus genuit deum. Si enĩ deus genuit deum, videt̃ q̃ aut se dẽ aut aliũ genuerit. Si vero aliũ deũ genuit. non est tantũ vnus deus. Si autem seipsum deum genuit. aliqua res seipsam genuit. Ad quod respondentes dicamus sane ⁊ catholice concedi q̃ vnus vnum genuit. ⁊ q̃ deus deũ genuit. quia deus pater deum filium genuit. In simbolo quoqz scriptum est. lumen de lumie deũ vrũ de deo vero. qd̃ vo addit̃ ergo genuit se deũ vl aliũ deũ. neutrũ cõcedendũ ee dicim⁹ Nz aliũ deũ non genuit manifestũ est qz vnus tantum deus ẽ. Nz aũt seipsum nõ genuit ostẽdit Augu. in li. i. de trim. di. Qui putant eius potentie eẽ deum vt seipsuz ipso genuerit eo plus errant q̃ non solum deus ita non est. sed nec spiritualis nec corporalis creatũra. nulla enim res est. que seipsam gignat vt sit. ⁊ ideo non est credendũ vel dicendum q̃ deus genuit se.

¶ Alia questio de eodem.

Sed adhuc oppo
nunt garruli ratiocinatores dicentes. Si deus pater genuit deum. aut genu it deum qui est deus pater. aut deum qui non est deus pater. Si genuit de/ um qui non est deus pater. ergo deus est qui non est deus pater. non ergo tā tum vnus deus est. Si vero genuit deum qui est deus pater. ergo genuit seipsum. Ad quod respondemus dei immantes illam propositionem qua sic proponunt. Si deus pater genuit deū aut deum qui est deus pater. aut deū qui non est deus pater. hoc enim sane et prave intelligi potest. & ideo respon dendum est ita. Si deus pater genuit de um qui est ipse pater. hoc dicimus esse falsum et concedimus alteram sed ge/ nuit deum qui non est pater. nec tamē genuit alterum deum. nec ille qui geni tus est alius deus est q̄ pater. sed vn? deus cum patre. Si vero additur ge/ nuit deum qui non est deus pater. hic distinguimus. quia dupliciter potest i telligi genuit deum qui non est deus pater. scilicet deum filium qui filius nō est pater qui deus est. hic sensus ver? est. Si vero intelligatur sic. genuit de um qui non est deus pater. id est q̄ nō est deus qui est pater. hic sensus falsus est. Unus enim & idem deus est pa/ ter et filius et spiritussanctus. & econ/ uerso pater & filius et spiritussanctus ē vnus deus.

¶ Opinio quorūdam dicentiū tres personas esse vnum deum vnam sub/ stantiam. sed non econuerso scilicet v/ num deum vel vnam substantiam esse tres personas.

Quidam tamē ad
uersarij veritatis concedunt patrem fi/ lium et spiritumsanctum. siue tres per/ sonas esse vnum deum vnam substan tiam sed nolunt concedere vnum deū siue vnam substantiam esse tres pso/ nas. dicentes substantiam diuinam p/ dicari de tribus personis. non tres p/ sonas de substantia diuina. Fides au/ tem catholica tenet ac predicat. & tres personas esse vnum deum. vnam sub/ stantiam siue essentiam siue diuinam naturam. & vnum deum siue essentiaꝫ diuinaꝫ esse tres personas. Unde Au gustinus in primo libro de trinitate ita ait. Ecce ipse deus trinitas intelligi/ tur beatus et solus potens. Ecce q̄ et presse dixit ipse deus trinitas. vt osten deret & ipsum deum esse trinitatem. & trinitatem esse ipsum deum. Item in eodem. In verbis illis inquit aposto li quib⁹ de aduentu christi agens dicit quem ostendit beatus & solus potens rex regum et dominus dominantium. qui solus habet immortalitatem. &c. nec pater proprie nominatus est. nec filius nec spiritussanctus. sed solus et beatus potens. id est vnus et solus de us verus. qui est ipsa trinitas. Ecce et hic aperte dicit vnum solum verū de um esse ipsam trinitatem. & si vnus de us ipsa trinitas est. ergo vnus deus ē tres persone. Idem in libro quinto de trinitate. Non tres deos. sed vnum de um dicimus esse ipsaꝫ prestantissimā trinitatem. Idem in libro de fide ad petrum in expositione symboli. Satis est christiano rerum creatarum causaꝫ visibilium siue invisibilium non nisi bo nitatem credere creatoris. qui est de/ us vnus et verus. nullāq̄ esse natu/ ram. que non aut ipse sit. aut ab ipso e/ unq̄ esse trinitatem patrem scilicet et filium et spiritumsanctum. Item Au gustinus in sermone de fide. Credi/ mus vnum deum vnam esse diuinā no minis trinitatem. Idem in libro sexto

de trinitate dicimus deum solum esse ipsam trinitatem Ecce hijs et alijs pluribus auctoritatibus euidenter ostenditur dicendum esse et concedendum q̄ vnus deus est trinitas .et vna substantia tres persone.sicut econuerso trinitas dicatur esse vnus deus ⁊ tres persone dicuntur vna substantia

¶ Redit ad premissam questionem. scilicet an deus pater se deum. an alium genuit deum.

Nunc ad premissam questionem reuertamur vbi querebatur.an deus pater genuerit se deum an alium deum. Ad quod dicimus neutrum fore concedendum. Dicat tamen Augustinus in epistola ad maximinum q̄ deus pater se alterum genuit his verbis. Pater vt haberet filium de seipso.nō minuit seipsum.sed ita genuit de se alterum se. vt totus maneret in se.⁊ esset in filio tantus quantus et solus. Quod ita intelligi potest. id est de se alterum a se genuit.non vtiq̄ alterum deum. si alteram personam. vel genuit se alterum.id est genuit alterū id est qui est hoc quod ipse . Nam etsi alius sit pater q̄ filius . non est tamen aliud sed vnus

¶ Distinctio quinta.

Queritur an pater genuit diuinam essentiam. vel ipsa filium.an essentia genuit essentiam . vel ipsa nec genuit nec genita est

Post hec queritur. vtrum concedendum sit q̄ pater genuit diuinā essentiam vel q̄ diuina essentia genuit filium. vel essentia genuit essentiam . an omnino non genuit. nec genita est diuina essentia. Ad quod catholicis tractatoribus consentientes dicamus.q̄ nec pater diuinam essentiā.nec diuina essentia genuit filium . nec diuina essentia genuit essentiam. Hic autem nomine essentie intelligimus diuinam naturam. que communis est tribus personis .⁊ tota in singulis. Ideo non est dicendum q̄ pater genuit diuinam essentiam . quia si pater diceretur genuisse diuinam essentiam. essentia diuina relatiue diceretur ad patrem. vel pro relatiuo poneretur . Si autem relatiue diceretur vel pro relatiuo poneretur .non indicaret. d.uinam essentiam . Ut enim ait Augustinus in quinto libro de trinitate.quod relatiue dicatur nō indicat substantiam.

¶ Secunda ratio

Item cum de⁹ pater sit diuina essentia si eius esset genitor esset vtiq̄ genitor eius rei que ipse est.⁊ ita eadem res seipsam genuisset.quod Augustinus negat vt supra ostendimus

¶ Tercia ratio et potior.

Item si pater est genitor essentie diuine .cum ipse essentia diuina ⁊ sit ⁊ deus sit.eo ergo q̄ generat ⁊ est et deus est. Ita ergo non illud quod generatur. est a patre deus sed pater eo q̄ generat ⁊ est ⁊ deus ē et si ita est non genito gignens.sed gignēti genitum causa est vt et sit ⁊ deus sit. Simili ratione probat Augustinus in libro septimo de trinitate.q̄ pater non est sapiens sapientia.quam genuit.quia si ea sapiens est.ea est.hoc enim est ibi esse,quod sapere.quod si hoc

est ibi esse quod sapere. non per illam sapientiaz quam genuit sapiens pater est. Quid enim aliud dicimus cum dicimus hoc illi est esse quod sapere. nisi eo est quo sapiens est. Ergo que causa illi est vt sapiens sit etiam ipsa illi causa ē vt sit. Si ergo sapientia quam genuit illi causa est vt sapiens sit. Et causa illi est vt sit. Sed causam patri qua sit a patre genitam nullo modo dixerit quisq̄ sapientiam. Quid enim est insanius. Ita ergo si pater genuit essentiam qua est. essentia quam genuit causa est illi vt sit. non ergo ipsam qua est essentia genuit. Nam in illa simplicitate inquit Augustinus. quia non est aliud sapere q̄ esse. eadem est sibi sapientia que essentia. ideoq̄ quod de sapientia hoc de essentia dicimus. Sicut ergo non genuit sapientiam qua sapiens est. ita nec essentiam qua est. Est enim sapientia sapiens est. & potentia potēs ita & essentia ipse est. eademq̄ est sapientia et potentia que essentia. Patet itaq̄ ex predictis q̄ pater essentiaz diuinam non genuit

¶ Hoc videtur aduersari.

Huic autem videtur contrarium quod Augustinus ait in libro de fide ad petrum. Deus cum verbum deum genuit. id quod ipse est genuit nec de nihilo nec de aliqua iam facta conditaq̄ materia. sed de seipso id quod est ipse. Item deus pater qui verissime se indicare animis cognituris. & voluit & potuit. hoc ad seipsum indicandum genuit. Ecce aperte dicit his verbis deum patrem genuisse illud quod ipse est. illud autem quod ipse est. non est nisi essentia diuina. Videtur ergo diuinam essentiam genuisse. Ad quod respondemus illa verba sic intelligenda esse dicentes. Pater de seipso genuit illud quod ipse est. id est filium qui est illud quod pater est. nam quod pater est. et filius hoc est. s non qui pater est & filius hic est

¶ Alias partes questionis exequitur.

Ita etiam non est dicendum q̄ diuina essentia genuit filium. quia cum filius sit diuina essentia. iam esset filius res a qua generatur. vtra eadem res seipsam generaret Ita etiam dicimus q̄ essentia diuina non genuit essentiam. Cum enim vna et summa quedam res sit diuina essentia. si diuina essentia essentiam genuit. eadem res seipsam genuit. quod omnino esse nō potest. sed pater solus genuit filium. et a patre et filio procedit spiritussanctus.

¶ Que videantur predictis esse contraria.

Predictis autem videtur contrarium esse. quod dicat augustinus in libro septimo de trinitate hoc inquit ē deo esse quod sapere. Ergo de pater et filius simul sunt vna sapientia. quia vna essentia. & sigillatim sapientia de sapientia. sicut essentia de essentia. Ecce his verbis aperte dicit augustinus sapientiam de sapientia. & essentiam de essentia vbi videtur significare q̄ sapientia sapientiam & essentia essentiam genuerit. Idem in libro de fide ad petrum ait. Sic christum dei

filium id est vnam ex trinitate perso/nam. deum verum crede. vt diuinita/tem eius de natura patris natam esse non dubites. Hic videtur dicere q̄ natura filij sit nata de natura patris. Idē enim in libro decimoquīto de tri nitate ait. Dicatur filius consilium de consilio. ⁊ voluntas de voluntate. si/cut substantia de substantia. sapientia de sapientia. et hic videtur dicere q̄ substantia sit genita de substantia. ⁊ sa pientia de sapientia. Sed hoc ita deter minamus. sapientia de sapiētia. ⁊ sub stantia de substantia est. id est filius qui est sapientia qui est substantia. est de patre qui est eadem substantia ⁊ sa pientia. et filius qui est diuinitas na/tus est de patre qui est natura diuina. Et vt expressius dicamus. dicimus fi lium sapientiam esse de patre sapientia et dicimus filium substantiam esse ge/nitum de patre et a patre substantia. Q̄ autem ita intelligi debeat. beatus Augustinus ostendit ī septimo libro de trinitate dicens. Pater ipse sapien tia est. ⁊ dicitur filius sapientia patris quomodo dicitur lumen patris. id est sicut lumen de lumine. ⁊ vterq̄ vnum lumen. Sic intelligatur sapientia de sa pientia. et essentia de essentia. ⁊ vtraq̄ vna sapientia et vna essentia. Itē ideo christus dicitur virtus ⁊ sapientia dei. quia de patre virtute et sapientia eti/am ipse virtus et sapientia est. sicut ip se lumen de patre lumine est. et ipse fons vite est apud deum patrem fon/tē vite. Filius ergo sapientia de patre sapientia est. sicut filius lumen de lumi ne patre. ⁊ deus filius de deo patre. vt et singulus sit lumen ⁊ singulus sit sapientia. et singulus sit deus. et simul vnum lumen. vnus deus et vna sapi/entia. Ecce his verbis manifeste ape/rit Augustinus ex quo sensu accipien/da sint predicta verba ⁊ his similia. scilicet cum dicitur substantia de sub/stantia. vel substantia genuit substan/tiam.

¶ Quod videtur predicte expositio/ni contrarium.

Huic vero etiam id contrarium videtur quod Hilarius ait in quarto libro de trinitate. Nihil inquit nisi natum habet filius. ⁊ geni/ti honoris admiratio in honore gene rantis est. Cum ergo filius habeat es/sentiam. tota enim in eo est diuina es/sentia. videtur q̄ ipsa diuina essen/tia nata sit. Item in libro quinto ait. Natiuitas dei non potest eam ex qua profecta est non tenere naturam. Nec enim aliud q̄ deus subsistit. quod non aliunde q̄ de deo subsistit. Ecce hic dicit natiuitatem dei profectam ex na tura. et ita videtur ex his verbis atq; p̄dictis natura dei ⁊ genita ⁊ genui/se. Quod apertius dicit in libro no/no de trinitate. Nos inquit vnigeni/tum deum in forma dei manentem in natura dei mansisse profitemur. Nec vnitatem forme seruilis in natu/ram diuine vnitatis refundimus. Nec rursus corporali insinuatione patrem in filio predicamus. sed ex eo eiusdem generis genitam/ naturam naturaliter in se gignentem habuisse naturam. que in forma nature se gignentis manens formam nature ⁊ infirmitatis corpo/ralis accepit. Non enim defecerat dei natura ne esset. sed in se humilitatem terrene natiuitatis manens sibi dei na

tura suscepérat generis sui potestatem in habitu assumpte humilitatis exercens. Ecce hic aperte dicit ꝛ naturam genuisse ꝛ naturam genitam. ꝛ naturam assumpsisse naturam. quod a pleriscꝫ negatur. Item in eodem. Nunquid vnigenito deo contumelia est patrem sibi innascibilem deum esse. cum ex innascibili deo natiuitas vnigenita in naturam vnigenitam subsistat. Ecce et hic dicit vnigenitam naturam

Quomodo sint intelligenda predicta verba Hilarij.

Sed quia hec verba sane vult intelligi. ipse idem dicit in quarto libro. Intelligentia dictorū ex causis est assumenda dicendi. quia non sermoni res. sꝫ rei est sermo subiectus Hec ergo verba ita intelligi possūt Nihil habet filius nisi natuꝫ id est nihil habet ꝑm qꝫ est deus. nisi quod nascendo accepit. ꝛ ipse nascendo patris in se subsistentem habuit naturam Unde idez Hilarius addit quinto libro Eandem naturam habet genitus quam ille q̄ genuit. ita tamen vt natus non sit ille qui genuit. Nam quomodo erit ipse cū genitus sit sꝫ in his ipis subsistat ille qui genitus est. in quibus totus est ille qui genuit. qz non est aliunde q̄ genit⁹ est. et ideo non refertur ad aliud qđ in vno subsistit ex vno. Ac sic in generatione filij ꝛ naturam suam vt ita dicam sequitur indemutabilis deus. indemutabilem gignens deum. nec naturam suā deserit ex indemutabili deo indemutabilis dei ꝑfecta natiuitas. subsistētem ergo in eo dei naturam intelligam⁹. cū in deo deus insit. nec ꝓter eum qui est deus quisq̄ deus alius sit. quia ipse est deus ꝛ in eo deus Nature ergo dei patris veritas in deo filio esse docetur. cū in deo itelligitur esse qui deus est. Est enim vnus in vno ꝛ vnus ab vno.

Q Uz legitur pater de sua substātia genuisse filium. ꝛ filius substantie patris

Dicit quoqꝫ et in scriptura sacra frequenter legitur patrem de sua substantia genuisse filium. Unde beatus Augustinus in libro de fide ad Petrum ait. Pater deus de nullo genitus deo. semel de sua natura sine initio genuit filium deuꝫ sibi equalem. ꝛ eadem qua ipse naturaliter eternus est diuinitate coeternuꝫ. Ecce hic dicit beatus Augustinus filium genitum de natura patris. Est autem vna natura patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti Si ergo de natura patris genitus est filius. genitus est de natura filij ꝛ spiritussancti. immo de natura trium personarum. Idem quoqꝫ beatus Augustinus in libro decimoquinto de trinitate dicit christum esse filium substantie patris. ꝛ de substantia patris genitum. tractans illud verbum apostoli loq̄ntis de deo patre sic. Qui eruit nos de potestate tenebrarum. ꝛ trāstulit in regnum filij charitatis sue. quod inquit dictum est. filij charitatis sue. nihil aliud intelligat̄ q̄z filij sui dilecti. q̄z filij substātie sue. charitas q̄ppe ꝑis q̄ in natura dei ē ineffabilis simplicitas. nihil aliud ē q̄z ipsa natura

atqz substantia. vt sepe diximus. z se/pe iterare non piget. Ac per hoc filius charitatis eius nullus est alius qz qui de substantia eius est genitus. Ecce a/perte hic dicit Augustinus filium esse genitum de substantia patris. z filium substantie patris. Idem quoqz beatus Augustinus in libro secundo con/tra Maximinum hereticum. substanti/am dei genuisse filium. z filium geni/tum de substantia patris asserit dicens Carnalibus cogitationibus pleni. dei substantiam de seipsa gignere filium nō putatis. nisi hoc patiatur. quod substan tia carnis patitur quādo gignit Erratis nescientes scripturas neqz virtutem dei Nullo enim modo verum filiuz dei co gitatis si eū natū esse de substantia pris negatis. Non enim iam erat hominis filius. z deo donante factus est dei fili/us ex deo natus gratia. non natura An forte et si non hominis filius erat. ta/men aliqua iam erat qualiscunqz crea/tura. z in dei filium deo mutante con/uersa est. sed nihil horū est. ergo aut de nihilo. aut de aliqua substantia natus ē Sed ne crederemus vos putare de ni hilo esse dei filium. affirmastis nō vos dicere de nihilo esse dei filium De ali/qua ergo substantia est. z si non de pa/tris. de qua sit. dicite. sed nō inuenietis. Jam ergo vnigenitum dei filium Jhe/sum christum de patris esse substantia. non vos nobiscū pigeat cōfiteri Item in eodem. vtriqz legimus. vt simus in vero filio eius Jhesu christo Dicite er go nobis vtrum iste verus dei filius ab eis qui gratia sunt filij quadam propri etate discretus. de nulla sustantia sit. an de aliqua. Nō dico inquis de nulla. nec dicam de nihilo. de aliqua ergo substā tia est. quero de qua. Si non de patris substantia est. aliaz quere. si aliam non inuenis. patris agnosce substantiam. et filium cum patre Homousion confite re. Item in eodem. Confiteor deum patrem omnino incorruptibiliter genuisse. sed quod est ipse genuisse. Item dico qz sepe dicendum est. aut de aliqua substantia natus est dei fili/us. aut de nulla. si de nulla. ergo de ni/hilo. quod vos iam non dicatis. si ve/ro de aliqua. nec tamen de patris sub/stantia. non est verus filius. si vero de patris substantia. vnius eiusdemqz sub stantie sunt pater z filius. Eos autem nec filium de patris substantia genituz vultis. z tamen eum non ex nihilo. nec ex aliqua materia sed ex patre esse con ceditis. nec videri qz necesse sit. vt qui non est ex nihilo. nec ex aliqua re alia. sed ex deo. nisi ex dei substantia esse nō possit. z hoc esse quod deus est de quo est. id est deus de deo natus. quia non alius prius fuit. sed natura coeterna de deo est

Colligens summam predic/torum aperit ex quo sensu accipiē da sint

His verbis premis/sis innui videtur qz diuina substantia filium genuerit. z qz filius sit genitus de substantia pris. z qz de deo est natura coeterna. z qz pater id quod ipse est ge nuit. id autem quod ipse est. essentia di uina est. z ita putari potest diuinam es sentiaz genuisse. Eleximenter mouent nos hec verba. que quomodo intelligē da sint mallem magis ab alijs audi/re qz tradere. vt tamen sine preiudicio ac temeritate loqr ex ꝟ sensu dicta pos/

sunt accipi. Natura coeterna de deo est id est filius coeternus patri de patre ē ita q̄ est eadem cum eo natura vl̄ eiusdem nature. Quem sensum confirmat Augustinus ibidē subiciens. t q̄ dixerat quasi explanans. Dicto enim natura coeterna de deo est. addidit. non est aliud filius q̄ illud de quo est. id est vnius eiusdemq̄ substantie est. Ex hinc apertius talem intellectum ex p̄dictis verbis fore habendum aperit in eodem libro contra Maximinum dicens Trinitas hec vni? eiusdemq̄ substantie est. quia non de aliqua materia vel de nihilo est filius. sed de quo est genitus Itemq̄ spiritussanctus nō de aliqua materia. vel de nihilo est. sed inde est vnde procedit. His itaq̄ verbis aperte ostendit ea ratione dici filium eē de substantia patris. quia est de patre genitus. ita q̄ est eiusdē substantie cū eo. t spiritumsanctum esse de substantia patris t filij. quia ab vtroq̄ procedit. ita q̄ est eiusdem substantie.

¶ Nec filius nec spiritussanctus est de nihilo. sed de aliquo. non tamen de materia.

¶ Ostēditur quoq̄ ex illis verbis filium t spiritumsanctum non esse de nihilo sed de aliquo. nec tamen de aliqua materia Unde etiam Hilarius ait in duodecimo libro de trinitate Unigenitus deus cum natus sit patrem testatur. auctorem cum ex manente natus est. Non est natus ex nihilo. t cum ante tempus natus est omnem sensum preuenit nascēdo. Hic aperte dicitur q̄ filius non est natus ex nihilo. similiter t spiritussanctus non est dicendus esse vel procedere ex nihilo. quia filius de substantia patris natus est. id est a patre est. cū quo est eiusdem substantie t eadem substātia. Ex quo sensu etiam illud accipiendum est. pater genuit id quod est ipse. id est filium qui est hoc quod pater Et hoc ita debere intelligi. Augustinus aperit dicens in libro primo p̄ra Maximinum. Hoc pater genuit quod est. alioquin non est verus filius. si quod est pater non est filius. Item substantia dei genuit filium id est pater substantia genuit filium qui est eadem substantia t et eiusdem substantie. quod sic esse intelligendum Augustinus ostendit dicēs ad Maximinum. Sicut dicis spiritus spiritum genuit. ita dic spiritus eiusdē nature vel substantie spiritum genuit. Item sicut dicis deus deum genuit. ita dic deus eiusdem nature siue substantie genuit deum. hoc si crediderit t dixeris. nihil de hac re vlterius accusaberis. His enim verbis aperit quomodo predicta debeant intelligi. Similiter filius natus est de substantia patris vel pater genuit filiū de sua natura siue essentia. id est de se natura t essentia genuit filium eiusdem essentie ac nature. et qui est eadem essentia ac natura Similiter expone illud. filius substātie patris. id est filius patris substantie. id ē. qui est substantia. cum quo t filius. eadem substantia est. quia consubstantialis est patri filius. Et hic sensus adiuuatur ex verbis Augustini. qui in quinto libro de trinitate ait. Tres personas eiusdem eētie. vel tres personas vnā essentiam dicimus. Tres autem personas ex eadem essentia non dicim? quasi aliud ibi sit quod eētia est. aliud q̄ persona. His verbis ostendit non esse dām personā esse ex essentia. nisi ex sensu predicto. qui sensus confirmatur etiam ex eo quod in decimoquinto libro de trinitate idem btūs Augustinus ait

Sicut nostra scientia scientie dei. sic et nostrum verbum quod nascatur ex nostra scientia dissimile est illi verbo dei quod natum est de patris essentia Tale est autem ac si diceremus. de patris scientia. de patris sapientia. Vel quod ē expressius. de patre essentia. ō patre scientia. ō patre sapientia. Ex hoc itaq; intellectu verbum dei patris vnigenitus filius per omnia patri similis et equalis recte dicitur deus de deo. lumen de lumine. sapientia de sapientia. essentia de essentia. quia est hoc omnino quod pater. non tamē pater. quia iste filius. ille pater.

¶ Quare verbum patris dicatur filius nature

Vnde est quod solus vnigenitus dei dicitur filius natura. quia eiusdem nature est et eadez natura est cum patre. Vnde Hilarius de christo loquens ait in libro de trinitate Natura filius est. quia eandem naturā quam ille qui genuit habet.

¶ Distinctio sexta.

¶ Vtrum pater voluntate sua genuit filium. an necessitate. an volens vel nolens sit deus

Preterea solz queri vtrum pater genuerit filium voluntate. an necessitate. De hoc Orosius ad Augustinum ita ait. Voluntate pater genuit filiuz vel necessitate. sed nec voluntate. nec necessitate. quia necessitas in deo non est. preire voluntas sapientiam non potest. Quocirca vt ait Augustinus in decimoquinto libro de trinitate. Ridenda est dyaletica eunomij. a quo eunomiani hereticī orti sunt qui cum non posset intelligere. nec credere voluisset vnigenitum dei verbum filium dei esse natura id est de substantia patris genitum. non nature vel substantie dixit esse filium. sed filium voluntatis dei. volens asserere accedentē deo voluntatem. qua gigneret filium sicut nos aliquid aliquando volumus. quod antea non volebamus. propter quod mutabilis natura nostra intelligitur. Quod absit vt in deo credamus. Dicamus ḡ verbum dei esse filium dei natura. non voluntate vt docet Augustinus in decimoquinto libro de trinitate. vbi quendam catholicum hereticō respondentē commendat dicens Ante sane quidam respondit hereticō. versutissime interroganti. vtrum deus volens vel nolens genuerit. vt si diceret nolens. absurdissima dei miseria sequeretur. Si autem volens. continuo qō intendebat concluderet scilicet non nature esse filium. sed voluntatis. At ille vigilantissime vicissim quesiuit ab eo. vtruz deus pater volens an nolens sit deus vt si responderet nolens. sequeretur grandis absurditas et miseria. quaz ō deo credere magna est insania. Si autem diceret volens. responderetur ei. ergo et ipse voluntate sua deus est. non natura. Quid ergo restabat nisi obmutesceret sua interrogatione obligatum insolubili vinculo se videns. Ex predictis docetur non esse concedendum qd de voluntate vel nēcitate. vel volēs vl nolēs sit de Itē qd voluntate vl necessitate. vel volens vel nolens genuerit filium.

¶ Hic queritur an pater voluerit vel potuerit generare filium.

Hos qui dicunt de non existentibus esse filium dei. Similiter et eos qui dicunt q̄ neq̄ consilio neq̄ voluntate pater genuit filium anathematisat sancta ecclesia. Item si quis nolente patre dicat natum filium anathema sit. Non enim nolente patre coactus pater. vel naturali necessitate ductus cum nolle genuit filium. Et mox vt voluit. sine tempore et impassibiliter ex se vnigenitum demonstrauit.

¶ Oppositio contra predicta

Sed cōtra hec opponitur sic. Voluntas dei est natura siue essentia dei. quia non est aliud deo esse. aliud velle. et ideo sicut vna est essentia trium personarum. ita et vna voluntas. Si ergo deus natura deus est et voluntate deus est. et si verbum dei natura filius dei est. et voluntate filius dei est. Hoc autem facile est refellere. Nam et prescientia dei siue scientia qua scit. vel prescit bona et mala. diuina natura siue essentia est. et predestinatio siue voluntas eius eadem diuina essentia est. nec est aliud deo scire vel velle q̄ esse. et cum sit vnum et idem scientia dei vel voluntas. non tamen dicitur de voluntate. quicquid dicitur de scientia et econuerso. nec omnia illa sua voluntate deus vult. que sua scientia scit. cuz scientia sua nouerit tam bona q̄ mala. voluntate autem non velit nisi bona. scientia quippe dei et prescientia de bonis ē et de malis. Voluntas vero et predestinatio de bonis est tantum. et tamē vnum et idem est in deo scientia et voluntas. et prescientia et predestinatio. Ita cum vnum sit natura dei et voluntas. dicatur tamen pater genuisse filiuz natura. non voluntate. et esse deus natura non voluntate.

¶ Quomodo intelligenda sint illa verba pater nec volens nec nolens est deus. nec volens nec nolens genuit filium

Predcā tamē verba quibus prudenter dictum est q̄ deus pater nec volens nec nolens est deus. nec volens nec nolens genuit filiū. siue voluntate vl̄ necessitate. ex tali sensu mihi videntur accipienda. vt voluntatem precedentem vel accedentem intelligamus. qualiter Eunomi⁹ intelligebat. Non enim ipse est deus voluntate precedenti vel efficienti. vel volēs prius q̄z deus. nec voluntate precedēti vel accedenti genuit filium. nec prius volens q̄z generans. nec prius generans q̄z volens genuit filium. Volens tamē genuit. sicut potens genuit. et bonus genuit et sapiēs genuit. et huiusmodi. Si enim pater sapiens et bonus dicitur genuisse filiū. cur nō et volens. cū ita sit deo idem esse volentez quod est esse deum sicut idem est esse sapientez quod est esse deum. Dicamus ergo quia pater sicut sapiens. ita volens genuit filium. sed non voluntate precedenti vel accedenti. quem sensum aperit Augustinus et confirmat ita dicens super epistolam ad Ephesios. De filio dei id est domino nostro Jhesu christo scriptum est. quia cum patre fuit semper et nunq̄z eum vt esset voluntas paterna precessit. et ille quidem natura filius est

¶ Distinctō septima

¶ Queritur an pater potuerit vl̄ voluerit gignere filium.

Hic solz queria quibusdam vtrum pater potuerit vel voluerit generare filium. Si enim inquiunt potuit et voluit gignere filium ergo potuit aliquid ⁊ voluit quod nec potuit nec voluit filius. Naz filius nec potuit nec voluit gignere filiū Cui vrsutie facile respondemus dicentes. posse vel velle generare filium. non est aliquid posse vel velle subiectum voluntati vel potentie. est tamen aliqua potentia vl' volūtas scilicet posse vel velle generare filium. ⁊ ideo distinguenda est intelligēria prepositi verbi. posse vel velle gignere filium est posse vel velle aliquid neqz generatio filij aliquid eorum est. que sunt subiecta diuine potentie ⁊ voluntati. nec est aliquid inter omnia vel de omnib⁹. sed super omnia et ante omnia. Non enim ante voluit vel potuit qz genuit. sicut nec ante fuit qz genuit. quia ab eterno fuit ⁊ ab eterno genuit. Ex simili quoqz hoc videre possumus. pater em̄ potest esse pater et vult esse pater. filius autem nec potest nec vult ee pater. ergo pater potest vl' vult esse aliquid. quod non potest vel vult esse filius. Non sequitur. quia esse patrem non est esse aliquid. vt in seqn̄ti ostenditur

Ponit quedam verba Augustini vnde moueri potest auditor.

Sed vehementer nos mouet qd̄ ait Aug⁹. in p̄mo libro contra Maximinum qui asserebat patrem potentiorem filio. eo q̄ filium genuit deum creatorem. filius autem nō. Dicebatqz patrē potuisse gignere non filium. ⁊ ideo potentiorem esse filio. Ad quod respondens Augustinus. dicere videtur q̄ filiꝰ etiam potuit gignere. volens ostendere patrem non ee potentiorem filio hijs verbis. Absit vt ideo potentior sit pater filio sicut putas quia creatorem genuit pater. filius autem non genuit creatorem neqz enim non potuit. sed non oportuit. Unde et attende diligenter hec verba. non enim non potuit sed non oportuit. Videtur enim dicere q̄ filius gignere potuit. sz non oportuit. ⁊ ita potuit quod non oportuit. Quare autē non oportuit subdit dicens Immoderata enim esset diuina generatio si genitus filius nepotem gigneret patri. quia ⁊ ipse nepos nisi auo suo pronepotem gigneret sm̄ vestram mirabilem sapientiam impotens diceretur. Similiter etiam ille si nepotem non gigneret auo suo. ⁊ pronepotem proauo suo. non a vobis appellaretur omnipotens. nec impleretur generationis series. nisi semper alter et altero nasceretur. Nec eam perficeret vllus si non sufficeret vnus omnipotens. Itaqz omnipotentem genuit filium patris natura. non fecit

Opponitur predictis verbis Augustini

Hoc autem non videtur quibusdam posse stare scilicet q̄ filius potuerit gignere. Si enim filius potuit gignere potuit esse pater. et si potuit esse pater. potuit ergo esse pater. vel sui. vl' patris. vel spiritussc̄i. vl' alicuius alius. sed alius non. quia nullus alius semper fuit. nec patris. qz pater est ingenitus ⁊ innascibilis. nec sui. quia nulla res seipsam gignere potest. nec spiritussancti. quia nasci non potuit. Si enim nasci potuit. potuit esse filius. et ita mutabil' esse potuit

¶ Hic queritur quomodo sint intelligenda.

Quomodo ergo accipietur quod supra dictum est. Non enim non potuit gignere sz non oportuit quasi potuit. sed nō oportuit Nō est nobis perspicuum aperire. quomodo sit ꝟrum. ⁊ ideo sub silentio potius esset pretereundum. nisi me super hoc aliquid loqui cogeret instantia querentiuz

¶ Hic aperitur ex quo sensu sint accipienda

¶ Potest ergo sic intelligi. Non enim non potuit. ꝟ non oportuit. i. non ex impotentia sui fuit q filiꝰ non genuit. sed ei non conueniebat. sicut deus filius non est deꝰ pr̄. nec tamē hoc ex impotentia sui est. Nam ⁊ pater similiter non est filius. nec hoc est ex impotentia patris. Sed querit Maximinus Arrianorum episcopus. vnde ergo est q pater non potest esse filius. vl filius pater. nō vtiqz ex ipotentia. Sz pater proprietate generationis pater est. qua oportet eum non esse filium. ⁊ filius proprietate natiuitatis filius est qua oportet eum non esse patrem. de quibus proprietatibus plenꝰ postea tractabitur

¶ Vtrū pater natura sit potēs gignere filium. ⁊ an sit hoc aliqua potentia q̄ sit in filio.

Item queritur a quibusdam si pater potens sit natura gignere filium. ⁊ an hoc sit aliqua potentia que sit in filio. Ad quod dicimus quia non est potens nisi natura. Eius enim potentia natura est vel essentia. Ut inquiunt illi. si potens est gignere. habet ergo potentiam gignendi. filius autem potentiam non habet gignendi. si nō potest gignere. habet ergo pater aliquam potentiam quam non habet filius Non sequitur. Eandem enim potentiam primus habet filius quam ⁊ pater qua potuit pater gignere ⁊ filius potuit gigni Eadem enim potentia est in filio qua potuit gigni q̄ est in patre qua potuit gignere Sed circa hoc opponitur. aliud est posse gignere. aliud ē posse gigni. quia aliud est gignere. aliud gigni. Hic ē distinguendum Si enim cum dicatur aliud est posse gignere. aliud posse gigni. aliā significes potentiam qua pater potens est gignere. ⁊ aliam qua filius potens est gigni. falsus est intellectus Si vero dicas patrem posse habere aliam proprietatem siue notionez qua genitor ē. ⁊ filium aliam qua genitus est. verus ē intellectus. aliam enim proprietatem habet pater qua pater est. aliam filiꝰ qua filius est.

¶ Quomodo sit intelligendum. filius habet vel non habet potentiam generandi.

Ita etiam cum dicitur filius non habet potentiam generandi quam habet pater. dupliciter potest intelligi. Si enim dicatur non habet filius potentiam generandi quā ⁊ pr̄. id est qua potens sit ad generandum id ē vt genuerit vel generet sicut pater. verum est. Si vero intelligatur sic. nō habet potentiam qua possit gigni vel genitus esse qua eadem pater est potens vt genuerit vel vt generet. falsum est. Sicut dicitur pater habet potentiam qua potest esse pater. filius vero nō habet potentiam qua possit esse pater. et

econuerso. filius habet potentiam q̄ po
test esse filius. pater vero non habet po
tentiā qua potest esse filius. habet ergo
aliquam pater. quam non habet filius
et econuerso. Absit. quia eadem est
potentia patris qua potest esse pater. ⁊
filij qua potest esse filius. Ita etiam ea
dem est voluntas. qua pater vult eē p̄
non filius. ⁊ filius vult esse filius. non
pater. ⁊ eadez est voluntas filij q̄ vult
esse genitus. ⁊ patrem genuisse. ⁊ patrj
qua vult esse genitor ⁊ filium genitum
¶ Distin. viij. De proprietate ⁊ incō
mutabilitate ⁊ simplicitate diuine eēn
tie.

Nunc de veritate

siue proprietate ⁊ incōmutabilitate atq̄z
simplicitate diuine nature vel substan
tie siue essentie agendum est Est itaq̄z
deus vt ait Aug⁹. in. v. li. de trini. sine
dubitatione substantia. vel si meli⁹ hoc
appellaē essētia. quā greci vsyaz vocāt
Sicut eñ ab eo qō est sapere dicta est
sapientia. ⁊ ab eo qō est scire dicta ē sci
entia. ita ab eo qō ē eē dicta est essētia
Et quis magis est q̄ ille qui dixit fa
mulo suo Moysi. Ego sum qui sum. ⁊
dices filijs israhel. qui est misit me ad
vos. Ipse vere ac proprie dicitur eēn
tia. cuius essentia non nouit preteritum
vel futurum. Unde Hieronimus ad Pau
cellā scribens ait. Deus solus qui eter
nitatem non habet. vere essentie nomē te
nuit. q̄z in eius comparatione q̄ vere est.
quia incōmutabilis est. quasi non sint q̄
mutabilia sunt. De quo eñ dicitur fuit
non est. ⁊ de quo dicitur erit nōdum ē
deus aūt tantū est qui non nouit fuisse
vel futurum esse. Solus ergo deus vere
est. cuius essentie compatū nostrū esse
non est

¶ Querit̄ q̄lit̄ intelligēda sint verba
Hieronimi.

¶ Hic diligenter ad
uertendum est quō intelligi debent ver
ba illa Hieronimi. scz de⁹ tm̄ est ⁊ non
nouit fuisse tanq̄z non possit dici ō de⁹
fuit vel erit. ē tm̄. cum de deo frequēter
scriptum reperiamus fuit ab eterno. fuit
semper. ⁊ erit in secula. ⁊ huiōi. Unde
videtur quia non est tm̄ dicendum de
deo. fuit. est. vel erit. Si eñ diceret tm̄
fuit puraretur q̄ velierit eē. Si dicere
tur tm̄ est. putaret q̄ nō semper fuerit.
sed esse ceperit Si tm̄. erit. putaret non
esse modo. Dicatur ergo quia semper
fuit. est. ⁊ erit. vt intelligatur quia nec ce
pit. nec desijt. nec desinit. nec desinet eē
De hoc Augustin⁹ sup Jobem ita ait
Cū de sempiterna re prope dicatur. ē.
sim nos bn̄ dz fuit ⁊ erit. fuit q̄z nunq̄z
desijt. erit quia nunq̄z deerit. ē quia sp̄
est. nō preterijt quasi qō non maneat.
non ozietur quasi qō nō erat. Cū ergo
nostra locutio per tempora varietur. ō
eo vere dicuntur verba cuius libet tem
poris. q̄ nullo tpe ō fuit vl̄ desit vl̄ de
erit. Et ideo non mirū si de spū verita
tis veritas loquens dixit per futurum.
Quecūq̄z audiet loquetur. audiet. s. ab
eo a quo procedit. Audire illi⁹ ē scire.
idem etiam esse. A quo ergo est illi es
sentia. ab illo audiētia. i. scīa. que nō est
aliud q̄ essentia Audiet ergo. dixit de
eo qō audiuit ⁊ audit. i. qō semp̄ sciuit
sat. ⁊ sciet. Ecce hic dicat Augustinus
verba cuius libet temporis dicā de eo.
ē. prie est

¶ Hic aperit qualiter sint intelligen
da

¶ Illud ergo quod

Hieronimus dicit ita intelligendum ē
Non nouit fuisse vel futurum esse. sed
tm̄ esse. i. cum dicitur de deo q̄ fuit vl̄
erit. non est intelligendum q̄ preterie
rit vel futurus sit. sed q̄ existat simplici
ter sine aliquo temporali motu. licz eñ
verba substantiua diuersorum tempo
rū de deo dicātur vt fuit. erit. est. erat
non tamen temporales motus tunc di
stinguūt. s. preteritum vel futurum vel

preteritum imperfectuz. vel preteritū perfectum. vel preteritum pluſqȝ pfectum. ſed eſſentiam ſiue exiſtentiam diuinitatis ſimpliciter inſinuat Deus ergo ſolus ꝓprie dicitur eſſentia vel eſſe Unde Hilarius ita ait in .vij.li. de trinitate. Eſſe non eſt accidens deo ſed ſubſiſtens veritas et manens cauſa. et naturalis generis ꝓpꝛietas

De incommutabilitate hic

Rei etiam ſolius

eſſentia,ꝓprie incommutabilis dicitur. quia nec mutaꝫ nec mutari poteſt Unde Aug⁹. in. v.li. de trinitate. Alie inqt eſſentie vel ſubſtantie capiūt accidentia. quibꝫ in eis fiat vel magna vel quātacūqȝ mutatio Deo aūt aliquid huȝ modi accidere non pōt. ⁊ ideo ſola ſubſtantia vel eſſentia q̄ eſt deus incōmutabilis ē. Qui ꝓfecto maxie ac verriſſime competit eſſe. Quod eūi mutatur non ſeruat ipſuȝ eē. ⁊ quod mutari poteſt etiam ſi nō mutetur poteſt qō fuerat non eſſe. Ideoqȝ illud ſoluȝ quod non tantū non mutatur .verū etiā omnino mutari non poteſt. verriſſime dicit eſſe id eſt ſubſtantia patris ⁊ filij et ſpirituſſancti. Ideo apls de deo loquens ait. Qui ſolus immortalitatem habet Unde enīȝ ait Auguſtinus in libꝛo de trinitate. Cum anima quodammodo immortalis eſſe dicatur. ⁊ ſit. non dubitet ſolus habet immortalitatem. niſi qꝛ vera immortalitas ⁊ incommutabilitas eſt. quaȝ nulla poteſt habere creatura. quoniaȝ ſolius creatoꝛis eſt. Unde Jacobus ait. Apud quem non eſt tranſmutatio nec viciſſitudinis obumbꝛatio. Et dauid. Mutabis ea ⁊ mutabuntur. tu autem idem ipſe es. Jō Auguſtinus ſuper geneſim dicit. q deus nec ꝑ loca nec per tempa mouetur. Creatura vero per tempoꝛa ⁊ loca. ꝑ tempoꝛa moueri eſt ꝑ affectiones cōmutari. Deus autem nec loco nec affectione mutari poteſt. qui per ꝓpꝛietatem ait. Ego deus et non mutoꝛ. qui ē immutabilis ſolus. Unde recte ſolus dicitur habere immoꝛtalitatē. In omni enim mutabili natura vt ait Auguſtinus cōtra maximinū. nō nulla moꝛs eſt ipſa mutatio qꝛ facit aliquid i ea nō eſſe quod erat. Unde ⁊ ipſa anima humana que ideo dicitur immoꝛtalis. qꝛ ſm modum ſuum nunqȝ deſinit viuere vel eſſe. habet tamen quādam moꝛtem ſuam. quia ſi iuſte viuebat ⁊ peccat. moꝛitur iuſtitie. ſi peccatrix erat ⁊ iuſtificatur. moꝛitur peccatoꝛ vt alias eius mutationes taceam. de quibꝫ modo longum eſt diſputare. Et creaturarum natura celeſtium moꝛi potuit. qꝛ peccare potuit Nam angeli peccauerūt et demones facti ſunt. quoꝝ eſt diabolus princeps. et qui nec peccauerūt peccare potuerunt. ⁊ cuicunqȝ creature rationali preſtatur vt peccare non poſſit. non eſt hoc nature ꝓpꝛie. ſed dei gratie. Et ideo ſolus deus vt ait apoſtolus habet immoꝛtalitatem qui non cuiuſqȝ gratia ſed natura ſua. nec potuit nec poteſt aliqua conuerſione mutari. nec potuit nec poterit aliqua mutatione peccare. Unde vt ait Auguſtinus in libꝛo primo de trinitate. ſubſtantiam dei ſine vlla ſui cōmutatione mutabilia facientem. ⁊ ſine vllo ſuo tēpoꝛali motu temporalia creantem. intueri et noſſe. licet ſit difficile opoꝛtet vere ergo ac ꝓpꝛie incommutabilis eſt ſola diuinitatis eſſentia. que ſine ſui mutatione cunctas condidit naturas.

Hic de ſimplicitate.

Eadem quoqȝ ſo

la ꝓpꝛie ac vere ſimplex eſt. vbi nec partium nec accidentium ſeu quarumlibet foꝛmarum vlla eſt diuerſitas. ſiue variatio vel multitudo. Et autem ſcias quomodo ſimplex ſit illa ſubſtantia vt te doceat Auguſtinus in. vi.libꝛo de trinitate. animaduerte primo quare creatura ſit multiplex et nullo

modo vere simplex. Et primo de corporali. postea vero de spirituali creatura. Corporalis itaq; creatura pribus constat. ita vt sit ibi alia pars maior. alia minor. et maius sit totum q̄libet pars quelibet. Et in vnoquoq; corpore aliud est magnitudo. aliud color aliō figura. potest enim et minuta magnitudie manere idem color et eadem figura. et colore mutato manere eadē figura et eadem magnitudo. ac per hoc multiplex esse conuincitur natura corporis. simplex autem nullomō.

¶ Hic de spirituali creatura ostendit quō sit multiplex. nō simplex.

Creatura quoq;

spiritualis vt est anima in comparatione quidem corporis ē simplex. sine cōparatiōe vero corporis multiplex est et non simplex. que ideo simplex dicitur respectu corporis. qz mole non diffunditur p spacium loci. sed in vnoquoq; corpore et in toto tota est. et in qualibet parte eius tota est. et ideo cum sit aliquid in qualibet particula corporis exigua quod sentiat anima q̄uis non fiat in toto corpore. illa tamen tota sētit. qz totaz non latet. sed tamen nec in ipsa anima vera siuplicitas est. cum aliud sit artificiosum esse aliud inertem aliud acutum. aliud memorē. aliud cupiditas. aliud timor aliud letitia. aliud tristitia. ꝓ ossuntq; hec et alia huiusmodi innumerabilia in anime natura inueniri. et alia sine aliis. et alia magis alia minus. manifestum est non simplicem esse. sed multiplicem esse naturam. Nichil enim simplex mutabile est. Omnis autē creatura mutabilis ē. nulla ergo creatura vere simplex est. Deus vero etsi multipliciter dicatur. id est multis nominibus significetur. vere tamen et summe simplex est. dicitur enim magnus. bonus. beatus. sapiens. verus. et quicquid aliud non indigne dici videtur. sed eadez magnitudo eius est. que sapientia. Non enim mole magnus ē sed virtute. et eadem bonitas que sapientia et magnitudo et veritas. et nō est ibi aliud ipsum beatum esse. et aliud magnum. aliud sapientem. aliud verum aut bonum esse. aut omnino esse.

¶ Qualiter cum deus sit simplex multiplex tamen dicatur

Hic diligenter no

tandum est cum dicat augustinus solum deum vere simplicem esse. cur dicat eundem multipliciter dici. sed hoc non propter diuersitatem accidentiuz vel partium dicit. immo propter diuersitatem ac multitudinem nominuz que de deo dicuntur. que licet multiplicia sint. vnum tamen significant. scilicet diuinam naturam. hec enim non ita accipiuntur cum de illa incommutabili eternaq; substantia incomparabiliter simpliciore q̄ est humanus animus dicuntur. quemadmodum cum de creaturis dicuntur. Unde augustinus in libro sexto de trinitate. Loco inquit hoc est esse quod fortem esse. vel sapientem esse. vel iustum esse. et si q̄d de illa multiplicia simplicitate dixeris quo substantia eius significetur humano autem animo non est hoc esse quod est fortem esse. aut prudentem. aut iustum. potest enim esse animus et nullaz istaz habere virtutem.

¶ Tanta est dei simplicitas q̄ nulli p̄dicamentoz subiicitur.

Quod autem in di

uina natura nulla sit accidētiū diuersitas. nullaq; penitus mutabilitas sed pfecta simplicitas. ostēdit Augu. in. vi libro de tri. dicens Intelligamus deū quantū possumus. sine qualitate bonū sine quātitate magnū sn indigētia creatorē sine situ presentē. sine habitu oia cōtinentē. sine loco vbiq; totū. sine tē pe sempiternū. sine vlla sui mutatione

mutabilia facientem. nihilq; patientē. Quisq; deum ita cogitat. etsi nondum potest inuenire oīno quid sit. pie tamē caueat quātum potest aliquid de illo sentire quod non sit. Ecce si subtiliter intendas. ex his atq; predictis aperīt illa predicamenta artis dyaletice. dei nature minime conuenire. que nullis subiecta est accidentibus.

¶ Or deus non proprie sed abusiue dicitur substantia

Inde nec proprie

dicitur substātia vt Augustinus libro vij. de trinitate ostendit dicens. Sicut ab eo qō est esse appellatur essentia. ita et ab eo qō est subsistere substantiam dicimus. si tamen dignum est vt deus dicatur subsistere. Hoc enim de his rebo recte intelligitur. in quibus vt in subiectis sunt ea que in aliquo vt ī subiecto esse dicuntur. sicut in corpore color. atq; in forma. Corpus enim subsistit. et ideo substantia est. Res vero mutabiles neq; simplices proprie dicuntur substantie. Deus autem si subsistit vt substantia proprie dici possit. inest in eo aliquid tanq; in subiecto. et non est simplex. Hepbas autez est dicere vt subsistat deus ⁊ subsit bonitati sue. ⁊ illa bonitas non substantia sit vel potius essentia. neq; ipse deus sit bonitas sua sed in illo sit tanquā ī subiecto. Unde manifestum est deū abusiue substantiam vocari. vt nomine vsitatiore intelligatur essentia quod vere ac proprie dicitur. ita vt fortasse solum deum dici oporteat esse etiam. Est enim vere solus. quia incommutabilis est.

¶ Or non est in deo aliquid quod nō sit deus.

Huiꝰ autē essentie

simplicitas ac sinceritas tanta est. ꝙ nō est in ea aliquid quod non sit ipsa. sed idem est habens et quod habetur. Unde hilarius in septimo libro de trinitate ait. Non ex compositis inquit deus qui vita ē subsistit. neq; qui virtus est ex infirmis cōtinetur. nec qui lux est ex obscuris coaptatur. nec qui spiritus est ex disparibꝰ formalis est. totum quod in eo est vnum ē. Item Hilarius in. viij. libro de trinitate. Non hūano modo deus ex compositis est vt in eo aliud sit quod ab eo habetur aliud sit ipse qui habeat. sed totum vita est natura. scilicet perfecta et infinita. et non ex disparibus constituta. sed viuens ipsa per totum. De hoc eodem Boetius in libro de trinitate ait. Quo circa hoc vere est vnum. in quo nullus numerus. nullum in eo aliud preter id quod est. neq; enim subiectum fieri potest Augustinus quoq; in libro de fide ad petrum dicit. In dei substantia non ē aliquid quod non sit substantia. quasi aliud sit ibi substantia. aliud quod accidit substantie. sed quicquid ibi intelligi potest substantia est Verum hec dici possunt et facile credi. videri autem nisi puro corde omnino non possunt. Item Augustinus in. xv. libro de trinitate. Sic habetur in natura vniuscuiusq; trium. vt qui habet hoc sit quod habet. sicut immutabilis simplexq; substantia. Unde Ysidoꝰ ait. Deus simplex dicitur siue non amittendo quod habet. siue non aliud habet quod non est ipse ⁊ aliud quod in ipso est. ⁊ cum tante simplicitatis atq; sinceritatis sit natura diuina. est tamen in ea persona trinitas. Unde Augusti. in. xi. libro de ciuitate dei ait. Non propter hoc naturam summi boni simplicem dicimus qz pater est in ea solus. aut filiꝰ in ea solus. aut spiritussanctus solus. i. quia est sola ista nominum trinitas siue subsistentia psonaꝝ sicut sabelliani putauerūt. sed ideo simplex dicitur qz est hoc quod habet. excepto quod relatiue queq; persona ad alteram dicit nec est ipsa. Nam vtriq; pater hz filiū

ad quem relatiue dicitur. nec tamen ip se est filius. In quo vero ad semetipsū dicitur non ad alterum hoc est quod habet. sicut ad semetipsuz dicitur vi uus habendo vitam. et eadem vita ipse est. propter hoc vtiq; natura hec dicitur simplex q; non sit aliud habēs. et aliud id quod habet sicut in ceteris rebus est. Non em̄ habens liquorem liquor est. nec corpus color. nec anima sapiētia est. Ecce quāta est idēptitas quāta est vnitas. t immutabilitas. sim plicitas. puritas diuine substantie. iux ta infirmitatis nostre valitudinem as signauimus.

¶ Bi. ix. De distictione triū psonaz.

Nunc ad distin

ctionem psonaz accedamus. Teneamus ergo vt docet au gustinus in libro de fide ad petruz. pa trem et filium t spm̄sanctū vnum eē naturaliter deū. nec tamē ipsum patrē esse qui filius est. nec ipsum filiuz esse qui pater ē. nec spiritumsc̄m esse q̄ pa ter est aut filius. Una em̄ est essentia patris et filij t spiritussancti. in qua nō est aliud pater. aliud filius. aliud spiri tussanctus. cuius psonalit̄ sit alius pa ter. alius filius. alius spiritussanctus.

¶ Hic de coeternitate filij cum patre.

Penitus est eniz a

patre filius. t ideo alius. nec tamē an te fuit pater q̄ filius. coeterne sunt em̄ sibi tres persone.

¶ Argumentatio arrianoz.

Sed cōtra hoc in

quit hereticus. vt refert Ambrosius in primo libro de trinitate. Omne qō natum est principium habet. t ideo qz filius est. principium habet t esse ce pit. quod hereticorum ore sic dictū ē Nam ipse arrius vt meminit Augu stinus in libro sexto de trinitate dixisse fertur. Si filius est. natus est. si nat9 ē erat qn̄ non erat filius.

¶ Responsio Augustini catholica

Qui hoc dicūt nō

intelligunt etiam natum esse deo sem piternum esse. vt sit coeternus patri fi lius. sicut splendor qui gignitur ab ig ne atq; diffunditur coeuus est illi t es set coeternus si ignis esset eternus.

¶ Oppositio Augustini contra here ticam.

Item si dei filius

inquit Augustinus virtus et sapien tia dei est. nec vnq; fuit deus sine vir tute et sapientia. coeternus est deo pa tri filius. Dicit autem apostolus chri stum esse dei virtutem et dei sapien tiam. aut ergo non fuit quando non fu it filius. aut aliquando deus non ha buit virtutem t sapientiam. quod de mentis est dicere. Constat enim quia semper habuit sapientiam. semper er go habuit filium.

¶ Responsio ambrosij ad idem auc toritate fulta.

Idem quoq; arri

anice questioni Ambrosius i hūc mo dum respondet. Ego inquam filium natum esse confiteor. quod reliquum est infidelitatis horresco. Scriptum est enim in veteri testamento. vt vel vnum ex pluribus dicaz. Ante me nō fuit alius deus. et post me non erit. q̄s ergo hoc dicat pater an filius. Si fili us ante me inquit non fuit alius deus Si pater. post me inquit non erit. hic priorem ille posteriorem non habet. Inuicem enim in se et pater in filio et filius in patre cognoscatur. Cum enim patrem dixeris eius etiam filium de signasti. quia nemo ipse est pater sibi. Cum filium nominas et patrem fate ris quia nemo ipse sibi filius est. itaq; nec filius sine patre. nec pater potest

esse sine filio. Semper ergo pater semper & filius.

¶ Inuectio Ambrosij in hereticos

Item dic inquam

heretice mihi. fuit ne tempus quando deus omnipotens pater non erat & deus erat. Nam si pater esse cepit. deus ergo primo erat. & postea pater factꝰ est. quomodo ergo immutabilis deus est. Si enim ante deus postea pater fuit. vtiqꝫ generationis accessione mutatus est. sed auertat deus hanc amentiam. quia semper habuit sapientiam semper habuit filium

¶ Ineffabile est quomodo filius sit & non habet priorem patrem. sicut modus generationis inintelligibilis est ineffabilis.

Sed queris a me

inquit Ambrosius. quomodo si filius sit non priorem habeat patrem. quero inquit abs te quomodo filium putas esse generatum. Mihi enim impossibile est generationis scire secretū. mēs deficit. vox silet. non mea tantum. sed et angelorum. supra potestates. & supra angelos. & supra cherubin. & supra seraphin. & supra omnē sensum est. qz scriptū est. pax xpi supꝫ omnez sensū ē. Et si pax christi est supra omnem sensum. quomodo tanta generatio non est supra omnem sensum. Tu ergo manū ori admoue. scrutari non licet superna misteria. licet scire qꝺ natus sit. non licet discutere quomodo natus sit. illud negare non mihi licet hoc querere metus est. Ineffabilis enī est illa generatio. Unde Esaias Generationem eiꝰ quis enarrabit.

¶ Quidam presumunt discutere generationis seriem

Quidam tamē de

ingenio suo presumentes. dicunt illaz generationem posse intelligi. & alia huiusmodi inherētes illi auctoritati. Hieronimi super Ecclesiastem. In sacris scripturis quis sepissime non pro impossibili sed pro difficili ponitur. vt ibi. generationē eiꝰ quis enarrabit. sed hoc non dicat Hieronimus. ideo qꝺ generatio filij eterna plene intelligi vel explicari possit a quoqꝫ mortalium. sed quia de ea aliquid intelligi vel dici potest. quidam tamē hoc accipiunt dictū de temporali generatiōe christi.

¶ Utrum debeat dici. semper gignitur vel semꝑ genitus est filius.

Hic queri potest

cuiz generatio filij a pre nec principiuz habeat. nec finē qz eterna ē vtrū dēat dici filius semper gignitur vel semꝑ genitus est. vel sēper gignetur. De hoc Gregorius super Job ait. Dominus ihesus in eo qꝺ ē virtus & sapientia dei de patre ante tempa natus est. vel potius quia nec cepit nasci nec desijt. dicamus verius semper natus. non autem possumus dicere semper nascitur. ne imperfectus eē videatur. Ut vero vt eternus designari valeat & perfectus. semper dicamus et natus quatenus et natus ad perfectionem pertineat. et semper ad eternitatem. cuius per hoc ipsum qꝺ perfectum dicamus. multum ab illius veritatis expressione deuiamus. quia quod factum non est nec potest dici proprie perfectum. sed balbutiendo vt possumus excelsa dei resonamus. Et dominus nostre infirmitatis verbis condescendens estote inquit perfecti sicut & pater vester celestis perfectus est. Super illum locum etiam psalmi. Ego hodie genui te. De hac itaqꝫ generatiōe filij loquitur Augustinus ita. Quanqꝫ per hoc qꝺ dicat hodie etiam possit intelligi dies ille qꝺ christus ꝑm hominez natus est. tame

quia hodie presentiam significat. atq3 in eternitate nec preteritum quicq3 est quasi esse desierit. nec futurum quasi nondum sit. sed presens tantum. quia quicquid eternum est semper est. diuinius tamen intelligitur de sempiterna generatione sapientie dei. Unde etiam. Augustinus in libro. lxxxiij. questionum de semper nato differens ait. Melior est sp natus q3 qui sp nascit. qz qui semp. nondum natus. et nunq3 natus est aut natus erit si semper nascitur. Aliud est enim nasci. aliud natum esse. ac p hoc nunq3 filius est si nunq3 natus est. filius aute est quia natus. et semper filius quia eternus. semper ergo natus. Ecce his verbis ostendit Augustinus q generatio filij semper est. nec preterijt nec futura est. quia eterna est. ideo enim dixit genui. ne nouum putaretur. scilicet ne videretur incepisse. hodie dixit. ne preterita generatio videretur. Ex his ergo verbis propheta vt ait Johannes crisostomus nihil aliud manifestatur nisi quia ex ipsa essentia patris semper genitus est filius.

¶ Origenes videtur dicere cõtra. ait enim q semper generatur filius a patre

Origenes vero si

per hieremiam dicit q filius generatur a patre. His verbis saluator noster ē sapientia dei. sapientia vero est splendor eterne lucis. saluator ergo noster splendor est claritatis. splendor autē non semel nascitur & desinit. sed quotiens ortum fuerit lumen ex quo splendor oritur totiens oritur et splendor claritatis. Sic ergo saluator sēper nascitur. Unde ait in libro sapientie. Ante omnes colles generat me dñs. nō vt quidam male legunt genera. His verbis aperte ostendit Origenes sane dici posse & debere. semper filius nascitur. quod videtur contrariū illi verbo Gregorij premisso. scz non possumus dicere semp nascitur.

¶ Exponit premissa verba Gregorij ne putetur inter doctores esse contrarietas.

Sed ne tanti auc

ctores sibi in tāta re cōtradicere videātur illa Gregorij verba benigne interpretemur. dominus iquit ihesus ante tpa natus est. vel potius quia nec cepit nasci. nec desijt. dicamus verius sēper natus

¶ Questio de ipsis verbis Gregorij

Sed quō verius

dicitur hoc scilicz q filius semp natus est. q3 illud scilicet q de patre ante tempora natus est. Illud enim sincera & catholica fides tenet ac predicat vt istud Quare ergo ait dicamus verius. cum vtrūq3 pariter sit verum. nisi quia volebat hoc intelligi ad maiorem euidentiam & expressionem veritatis dici q3 illud. His etenim verbis omnis calliditatis versutis hereticis obstruitur aditus. quibus fm veritatem christi generatio sine initio et sine fine esse perfecta monstratur. Non autem adeo aperte mōstratur veritas cum dicitur. filius ante tēpa genitus est de patre vel filius semper nascitur de patre. et ideo dicit Gregorius. q non possumus dicere semp nascitur. Non inquā ita conuenienter non ita congrue ad explanationē veritatis. potest tamen dici si sane intelligatur. Semper enim nascitur filius de patre vt ait Origenes. non q quotidie iteretur illa generatio. sed qz semper est. semper ergo nascitur. i. natiuitas eius sempiterna est.

¶ Qz filius semper generatur probat ex dictis Hilarij.

Hilarius quoq3 di

cit filiū nasci ex patre i li. vij. de tri. his verbis. Viuens deus et nature eterne viuētis potestas. & qō cū sacramēto

scientie sue ex eo potestas est. et quod cuz sacramento scientie sue ex eo nascit non potuit aliud esse q̄z viuens. Nam cum ait. sicut me misit viuens pater et ego viuo propter patrem. docuit vitā in se per viuentem patrem inesse Ecce hic habes quia filius nascitur de patre. Item in eodem cum dicit Christus. Sicut pater habet vitam in se. sic et filio dedit vitam habere i semetipso. omnia viua sua ex viuente testat⁹ est Qd autem ex viuo viuum natum est. habz natiuitatis perfectum sine nouitate nature. Non em̄ nouuz est quod ex viuo generatur in viuum. quia nec ex nihilo est et vita que natiuitatem sumit ex vita. necesse est per nature vnitatem et p fecte natiuitatis sacrāmētum. vt in viuente viuat. et in se habeat vitam viuētem. Ecce et hic habes quia genenerat⁹ ex viuo viuus filius. Item in eodē In deo totum quod est viuit. deus em̄ vita est. et ex vita non potest quicq̄ eē nisi viuum. neq̄ ex deriuatōe sed ex virtute natiuitas est. Ac sic dum totū qd est viuit. et dum totum quod ex eo nascitur virtus est. Habet natiuitatem filius. non demutatione. et hic dicit quia nascitur. Item in octauo libro de trinitate Donat pater filio tantum esse q̄ntū est ipse. cui innascibilitatis esse. ymaginez sacramento natiuitatis impartit quez ex se in sua forma generat. hic dicit qz generat pater filiū

¶ Breuiter docet quid de hoc p̄ceden dum sit

Dicamus ergo filium de patre āte tempora. et semp nasci d̄ patre. sed congruentius semper natū et eundem fateamur ab eterno esse. et patri coeternum id est auctori. Pater em̄ generatione auctor est filij. vt in sequenti ostendetur. Vt ergo pater est ēn⁹ ita et filius est eter⁹. & p̄ sine auctore. filius vero non. quia p̄ innascibil' filius natus. et vt ait Hilarius in. xij. li. de trinitate Aliud ē sine auctore semp eē eternū. aliud patri. i. auctori eē coeternum. Vbi autē pater auctor est ibi natiuitas ē. quia sicut natiuitas ab auctore ē. ita et ab eterno auctore eterna natiuitas est Omne autem quod semper est. et eternuz ē. & non tamen omne qd eternuz est etiam innatum est. quia qd ab eterno nascitur habet eternum esse. quod natum ē. quod autem nō natum est. id cum eternitate nō natū est. Qd vero ab eterno natum est. id si non eternū natū ē. iam non erit et pater auctor eternus Si quid ergo ei qui ab eterno patre natus est ex eternitate defuerit. idipsum auctori nō est ambiguū defuisse. quia si gignēti infinitum est gignere et nascenti infinitum etiā nasci est Odium em̄ quid iter natiuitatem dei filij et generationem dei patris non sensus admittit. quia et in generatione natiuitas est. et in natiuitate generatio est. qz sine vtroq̄ neutrum est. vtrūq̄ g̃ sine intervallo sui est.

¶ Argumētatio hæretici

Sed inquiet hereticus Omne quod natum est non semp fuit. quia in id natum ē vt esset. Nemo ambigit quin que i rebus humanis nata sunt. aliquando nō fuerunt. & aliud ē ex eo nasci quod non semper fuit. aliud ex eo natū esse quod semper est. ibi nec semper fuit qui pater est. nec semp pater est. et qui non semper est pater. non semper genuit. vbi autem semper ē pater semper est filius. Qz si semper deo patri proprium est q̄ semper est pater necesse est filio semper esse proprium q̄ semper est filius Quomodo ergo cadet in itelligentiam nostram vt nō semper fuerit cui proprium est semper eē quod natum est. Natum ergo vnigenitum deum confitemur. sed natum ante tēpora. nec ante esse q̄z natū. nec ante natuz q̄z esse. quia nasci quod erat iam non nasci est. & seipsum demutare na-

scendo. hoc autem humanum sensum ꝛ intelligentiam mundi excedit. non hoc capit ratio hūane intelligentie. sed pīe fidelis pfessio est.

¶ Distinctio. x

¶ De spūsco agitur. ꝛ primo dicit q sit amor patris ꝛ filij

Nūc post filii eter

nitatem de spiritusancto quantum deo donante videre conceditur disseramus Spiritussanctus amor est siue charitas siue dilectio patri ꝛ filij. Unde Augustinus in. xv. libro de trinitate ait. Spiritussanctus nec patri est soli⁹. nec filij est solus. sed amborum. ꝛ ideo communem qua inuicem se diligūt pater ꝛ filius nobis insinuat charitatem Johānes autē in epistola canonica ait. Deꝰ charitas est. non dixit. spūssanctus charitas est. quod si dixisset absolutior eēt sermo. ꝛ non parua pars questionis de esa. Sed qa dixit. deus charitas est. incertum est. ꝛ ideo querendum est vtr deus pater sit charitas. an filius. an spiritussanctus. an deus ipsa trinitas. quia et ipsa non tres dij. sed deus est vnus. Ad quod Augustinus in eodem libro ita dicit. Quesdo cur sicut sapientia ꝛ pater dicatur ꝛ filius ꝛ spiritussanctus. et simul omnes. non tres. sed vna sapientia. non ita ꝛ charitas dicatur pater ꝛ filius ꝛ spiritussanctus. ꝛ simul oēs vna charitas. Non ideo tamen quisq̄ nos incōuenienter estimet charitatē appellare spiritumsanctum. quia ꝛ deus pater ꝛ deus filius potest charitas nuncupari. sicut proprie verbum dei ꝛ sapientia dei dicatur. cum pater ꝛ spiritussc̄us sint sapientia. Si ergo proprie aliquis horum trium charitas nuncupari debet quis aptius q̄z spiritussc̄tus. vt scz in illa simplici sūmaq̄ natura nō sit aliud substantia ꝛ aliud charitas. sed substantia ipsa sit charitas. ꝛ ipsa charitas sit substantia siue in patre siue in filio siue in spiritusancto. ꝛ tamen spiritussancti charitas proprie nūcupatur. Ecce his verbis aperte ostendit Augustinus q in trinitate charitas aliquādo refertur ad substantiam. que omnis est trium personaruz. ꝛ tota est in singulis. aliqñ specialiter ad personam spiritussancti. sicut sapientia dei. aliquando pro substātia diuina. aliquando pro filio proprie accipitur. et hoc in multis fieri reperitur.

¶ Exemplis confirmat eadem nomina ꝛ proprie et vniuersaliter accipi.

Plurimis enīz exē

plis doceri potest multa rerum vocabula. ꝛ vniuersaliter pon. ꝛ proprie quibusdam rebus adhiberi. sicut legis nomine. aliquando simul omnia veteris testamenti significantur eloquia. aliquādo autem proprie vocatur lex que per Moysen data est. Multa alia supponunt exempla. sed in re aperta vitanda est longitudo sermonis Sicut ergo vnicum dei verbum proprie vocamus nomine sapientie. cum sit vniuersaliter et spiritussanctus ꝛ pater ipsa sapiētia ita spūssanctus proprie vocabulo charitatis nuncupatur. cum sit ꝛ pater ꝛ filius vniuersaliter charitas Ex dei verbum id est. vnigenitus dei filius apte dictus est dei sapientia ore apostoli dicentis xp̄m dei sapientiam ꝛ dei virtutem. Spiritus autem sanctus vbi sit dictus charitas inuenimus. si diligenter Johannis apostoli eloquium scrutemur. qui cum dixisset. diligamus inuicem. quia dilectio ex deo est adiunxit. et omnis qui diligit ex deo natus est. quia deus dilectio est. Hic manifestauit se dixisse eam dilectōnem esse deū quam dixit ex deo. Deus ergo ex deo est dilectio. sed quia ꝛ filius ex deo patre natus est. ꝛ spūssanctus ex deo patre procedit quez potius eorum hic debeamus dictum accipere cē dilectōem. merito q̄rit̄. Dz em solus ita deus est

vt non sit ex deo. & ideo dilectio que ita est deus vt ex deo sit. non ipse pater ē. sz aut filius aut spiritussanctus. Sz in psequntib9 cum dei dilectōem cōmemorasset Jhesus q̄ dilexit nos. & hinc horatus esset vt & nos inuicem diligam9 atq3 ita in nobis deus maneat. q2 vtiq3 dilectionem deum dixerat. statim volens de hac re apertius aliquid eloqui inquit Jn hoc cognoscimus quia in ipo manemus & ipse in nobis. quia de spiritu suo dedit nobis Spiritus ita3 sāctus ō quo dedit nobis. facit nos in deo manere & ipsum in nobis. hoc autem facit dilectio. Jpse ergo deus est dilectō deus ergo spiritussanctus qui p2cedit ex deo significatur vbi legitur. deus dilectio est. & ex deo est. Ecce his verbis aperte dicit Augustinus spiritumsanctum esse charitatem patris & filij. & intantum quoq3 sermonem p2duxit. vt videatur dixisse spiritumsanctum non solum esse dilectionem patris et filij q̄ se inuicem & nos diligunt. sed etiam dilectionem qua diligimus deum. ſ vtz ipe sit charitas ſq̄ nos ſdiligim9 deū in sequnti explicabitur.

¶ Restat ostēdere quod posuerat. scilicz quomodo spiritussanctus sit amor quo pater a filio & filius a patre diligitur

Nūc ergo quod incepimus ostēdere curemus. scilicet spiritumsanctum dilectōem esse siue amorem patris & filij. quo scilicet pater diligit filium. & filius patrē Dc hoc Hieronimus super. xnij. psalmum ait Spiritussanctus nec pater est nec filius. sed dilectio quam habet pater in filium. et filius in patrem. Augustinus quoq3 in sexto libro de trinitate ait Jn omnibus equalis est patri filius. & ē vnius eiusdemq3 substantie. Quapropter etiam spiritussanctus in eadem vnitate substantie & equalitate subsistit. Siue eñ sit vnitas amborum. siue sanctitas. siue charitas. manifestuz est q̄ non aliquis duorum est quo vterq3 coniungitur. q̄ genitus a gignente diligat. genitorēq3 suum diligat. Sintq3 non participatione. sed essentia sua. neq3 dono superioris ſalicuius. sed suo p2prio seruantes vnitatem spiritus in vinculo pacis Ecce hic habes spiritumsanctum esse quo filiꝰ diligitur a pre & pater a filio & q̄ illi seruant vnitatem pacis Spiritus ergo sanctus vt ait Augustinus in codē cōmune est aliquid patri & filij quicq̄d illud est. at ipa cōmunio consubstantialis & coeterna est. que si amicicia conuenienter dici potest dicatur. sed aptius dicitur charitas & hec quoq3 substantia q2 deꝰ ſba & deꝰ charitas ē. tria q̄ sūt et non amplius vnus diligēs eū qui ō illo est. & vnus diligens eum de quo ē et ipsa dilectio. Que si nihil ē. quomō deus dilectio est. Si nō est substantia. quō deꝰ est substātia.

¶ Q2 sicut spiritussanctus ꝯmunis est patri & filio. ita cōmune nomen habet p2p2ium

Hic notandum est q̄ sicut spiritussanctus in trinitate specialiter dicitur charitas. que est patris et filij vnio. ita & tenet nomen ꝓpie qō patri & filio cōmuniter quodammodo congruit. Unde Augustinus in. xv. libro de trinitate Si charitas inqt q̄ pater diligit filium & patrem diligit filiꝰ ineffabiliter cōmunionem demonstrat amborum. quid conuenientius q̄ vt ille dicatur p2prie charitas qui spiritus est cōmunis ambobus. Hoc enim sanius creditur & intelligitur. vt non solum spiritussanctꝰ charitas sit in illa trinitate. ſz non frustra p2prie charitas nuncupetur p2pter illa que dicta sunt sicut non solus in illa trinitate. vel spiritus est vel sanctus. quia & pater spiritus. & filius spiritꝰ. & pater sanctus. et filius sanctus. et tamen ipse frustra nō dicatur spiritussanctus. Qui enim est

cōmunis amboꝝ id vocatur ipse, ꝓprie qđ ambo cōmuniter. Alioquin si in illa trinitate solus spūssanctus est charitas. profecto ⁊ filius. non solius patris sed etiā spūssancti filius inuenitur. Ait eñ apls de deo patre. Trāstulit nos in regnū filij charitatis sue. Si ergo nō est in illa ūnitate charitas dei. nisi spūssancti filius est spūssancti. Sz qz ꝑ absurdissimū est. restat vt non solus ibi sit charitas spiritussanctus. sed ꝓpter illa de quibus satis dissertū ꝓprie sic vocat

¶ Distinctio.xi

¶ Qz spūssanctus ꝓcedit a patre et a filio

Hic dicendum est

spūmsanctum a patre esse ⁊ filio. ⁊ ꝓcedere a patre ⁊ filio qđ multi heretici negauerunt. Qz aūt de vtroqꝫ ꝓcedat multis diuinoꝝ eloquioꝝ testimonijs cōprobat. Dicit eñ apls. Misit deus spūm filij sui in corda vestra. Ecce h̄ dz spūs filij. Et ibi. Qui autē spūm xp̄i non hz hic nō est ei. Ipse etiā filius de spūsco dicit in euāgelio. Quē ego mitto vob a patre. Patrē āt spūs dictus est vbi legit. Si spūs eius qui suscitauit xp̄m a mortuis habitat in vob. Et ipse xp̄s dicit. Non eñ vos estis qui loquimini. sed spūs patris vestri q̄ loquit. Et alio loco. quē mittet p̄ in noie meo. Et alibi ipse filius de spūsancto ait. De p̄ce, ꝓcedit. His ⁊ alijs plibꝫ autoritatibꝫ ostēditur qꝫ spūssanctus a patre ⁊ filio ꝓcedit

¶ Qz greci nō ꝓcedūt spūmsanctū ꝓcedere a filio

Greci tamē dicūt

spūmsanctum ꝓcedere tm̄ a p̄re ⁊ non a filio. Qđ ideo dicūt qz veritas in euāgelio fidem integre ꝓtenēte. de ꝓcessione spūs loquens. solū p̄rem cōmemorat. dicens Spūs q̄ a p̄re ꝓcedit. Et etiā ideo. qz in ꝓncipalibꝫ cōsilijs que apud illos celebrata sunt. ita symbola eorum subiūcta anathematibꝫ sanctita sunt. vt nulli de trinitate fide aliud docere vel aliter p̄dicare q̄ꝫ ibi ꝓtinet liceat. In quibꝫ quidez symbolis cū spūs ꝓmemoret ꝓcedere a p̄re ⁊ nō a filio. q̄ cūqꝫ inquūt a filio eū ꝓcedere addunt. anathema iudicant. vñ ⁊ nos arguūt anathematis reos. Addunt etiā ad assertionem sue opinionis. ⁊ in testimonium nr̄e dānationis de symbolo fidei qđ sm traditionē p̄dictoꝝ ꝓsiliorꝫ. Leo tercius Rome transcriptū in tabula argentea post altare beati Pauli posita ꝓsteri reliquit ꝓ amore. vt ipse ait. ⁊ cautela fidei ortodoxe. In quo quidem symbolo in ꝓcessione spiritus. solus cōmemorat pater his verbis. Et in spiritumsanctū dñm ⁊ viuificantem ex patre ꝓcedentem cum patre ⁊ filio coadorandum ⁊ glorificandum ⁊c. Illud est symbolum qđ in missa cantat editum in niceno cōsilio. In fine cuius subiunctum est. qui aliud docuerit vel aliter ꝓdicauerit anathema sit. Ideoqꝫ greci nos anathematisatos dicunt. quia dicimus spūmsanctū a filio ꝓcedere. qđ ibi nō ꝓtinetur. Qđ eñ sm nos ibi dicit. qui a patre filioqꝫ ꝓcedit. alterum a latinis est additū scz filioqꝫ.

¶ Responsio vbi determinantur ꝓdicta.

Nos āt illa verba

sic determinamus. Qui aliud docuerit vel aliter ꝓdicauerit id est contrariū docuerit. vel contrario modo ꝓdicauerit anathema sit. Aliud ergo ꝓpositio posuit. qualiter ⁊ apostolus in epistola ad Galathas. Si quis aliud euāgelisauerit id est contrarium. anathema sit. non dicit. si quis addiderit. Nam si illō diceret sibiipsi vt ait Augustinus ꝓiudicaret. qui cupiebat venire ad quosdam quibus scribebat. sicut ad thessalonicenses. vt suppleret que illoꝝ fidei deerant. ꝑ qui supplet qđ minus erat addit nō qđ inerat tollit. Qui āt ꝓtergredit

fidei regulam. non accedit in via sed recedit a via. Ad illud autē qđ de euangelio opponunt respondemus ita. qz cū dicat in eo veritas spūmscūm a pre ꝓcedere. non addit solo. ⁊ ideo etiā a se ꝓcedere non negat. sed ideo patrē rm nominat. quia ad eum solz referre etiā quod ipsius est. qz ab illo habet.

¶ Oz greci in sensu ꝙueniāt nobiscum et verbis differāt.

Sciendū est tamē

ꝙ greci confitētur spūmsanctū esse filij sic pris. qz ⁊ aplus ait. Spūm filij. Et veritas in euangelio Spūm veritatis. Sed cū non sit aliud spūmsanctū esse pris vel filij. qđ esse a patre ⁊ filio. etiā in candē nobiscum fidei sententiam cōuenire videntur licet in verbis dissentiant

¶ Auctoritatibus grecorum ostendit spiritumsanctum etiam procedere a filio.

Vnde etiā quidā

eorum catholici doctores intelligentes vnam eandemqđ fore sententiam predictorum verborum. quibꝫ dicitur spūs sanctus procedere a filio ⁊ esse filij. ꝓfessi sunt spiritumsanctum etiam procedere a filio. Vnde Athanasius in symbolo fidi. Spiritusscūs a pre ⁊ filio nō fact⁹. nō creatus nec genitus. sed ꝓcedens. Ecce spūmsanctuz aperte dixit ꝓcedere a patre ⁊ filio. Vidimus etiam eorum maxim⁹ doctor ī libro de spuscō ⁊ spūmscūm a filio ꝓcedere dicat Saluator inquit qui ⁊ veritas. non em̄ loq̄tur a semetipso. hoc est non sine me ⁊ sine meo ⁊ patrisarbitrio. quia inseparabil est a me ⁊ a patris volūtate. quia ex se non est. sed ex patre ⁊ ex me est. hoc em̄ ipsum quod subsistit ⁊ loquitur a patre et a me illi est. Item si spiritussanctus qui est spiritus veritatis spiritusqꝫ sapientie non potest audire a filio loquente que nescit. cum hoc ipsum sit quod ꝓfertur a filio. idest. procedens deo. spiritus veritatis procedens a veritate. consolator manans ex consolatione. Item Cirillus episcopus in epistola Nestorio directa ait Spiritus intelligitur per se ꝑm qđ spiritus est. ⁊ nō filius. sed tamen non est alienus ab eo Spiritus enim veritatis nominatur. et profluit ab eo sicut ex deo patre Johannes quoqꝫ Crisostom⁹ in omel. q̄dam de expositione simboli sic ait Ipse est spiritus procedens de patre ⁊ filio. q̄ diuidit dona propria prout vult Trē in alia omelia. Credendum est spiritū sanctum patris esse ⁊ filij. Istum spiritumsanctum dicimus patri ⁊ filio coequalem. ⁊ ꝓcedentem de patre ⁊ filio hoc credite ne colloquia mala corrumpant bonos mores Ecce a doctoribus grecorum aperta habemus testimonia. quibus spiritussanctus a patre ⁊ filio ꝓcedere ostenditur. Omnis ergo līgua confiteatur spūmsanctum procedere a patre ⁊ filio.

¶ Distinctio. xij.

¶ Vtrū spūssanctus prius vel plen⁹ ꝓcedat a pre qđ a filio

Item queritur cū

spiritussanctus a patre procedat ⁊ filio vtrum prius vel magis processerit a patre qđ a filio. qđ nititur hereticus ostendere ita dicēs. Si processit spiritussanctus a patre. ꝓcessit vtiqꝫ aut nato iam filio. aut non nato filio Si vero iam nato filio processit. ante natus est filio qđ processerit spiritussanctus. Precessit igitur natiuitas filij processionem spiritussancti Si autem a patre non nato filio. ante processit qđ filius genitus fuerit.

¶ Responsio Augustini ad id qđ primo querebatur. scilicet an prius a pre qđ alio processerit.

His ⁊ huiōi questi onibus magis laboriosis ꝫ fructuosis respondet Aug. in .xv. li. de trini. dicēs In illa sūma trinitate que deus est. inē ualla temporū nulla sunt. per que possz ostendi. aut saltem requiri. vtrum pr̄i? de patre natus sit filius. ⁊ postea de ambobus processerit spūssanct?. Nunqd ergo possumus querere vtrum iam ꝓcesserat spiritussanctus de patre qñ natus est filius. an nondum processerat. et illo nato de vtroqꝫ processit Nō possunt prorsus ibi ista queri vbi ex tempore nihil inchoatur. vt consequenti ꝓficiatur in tempore. Ideo qui potest intelligere sine tempore generationem filij de patre. intelligat sine tempore processionem spiritussancti ō vtroqꝫ. Ecce his verbis absoluta est questio illa. qua querebatur vtruz prius processerit spiritussanctus a patre ꝫ a filio.

¶ Hic agitur ō eo qō secundo q̄rebaſ scz an magis vel plenius processerit a patre ꝫ a filio.

Nunc tractanduz est qō secundo querebatur. scz an plenius vēl magis procedat spiritussanct? a patre ꝫ a filio. Ad qō dicimus quia sicut nō ante procedit a patre ꝫ a filio ita non magis vel plenius procedit a patre ꝫ a filio. Aug?. trī in .xv. li. de trini. dicit ꝙ spiritussanctus ꝓncipaliter ꝓcedit de patre. Non frustra inquit in hac trinitate non dicitur verbū dei nisi filij? nec donum dei nisi spūssanctus. nec de quo genitum est verbum. ⁊ de quo ꝓcedit principaliter spiritussanctus nisi deus pater. Ecce audisti quia spūssūs principaliter procedit a patre. scz ne te hoc turbaret ipse continuo ex quo sensu dixerit aperit subdens. Ideoqꝫ addidi principaliter. quia ⁊ de filio spūssanct? procedere reperit. sed hoc quoqꝫ illi pater dedit nō iam existenti ⁊ nōdū habēti. sed quicquid unigenito verbo dedit gignendo dedit. Sic ergo genuit eū vt etiam de illo donum cōmune procederet. ⁊ spūssanctus eēt amborū Ecce exposuit ipemet quō principaliter spirit? procedat a patre. non quia pr̄i? vel magis procedat a patre ꝫ a filio. sed quia cum procedit a filio. hoc ꝑm hz filius a patre

¶ Ex eodez sensu dicit spūssūs ꝓprie ꝓcedere a patre

Ex eodē sensu etiā dicitur ꝓcedere ꝓprie de patre. Unde Hiero. in expositiōe catholice fidei. Niceniqꝫ symboli ait. Credimus in spūm sanctum qui de patre ꝓcedit ꝓprie Item spūmsanctum verū deum inuenim? in scriptura. ⁊ de patre esse ꝓprie Et idez de patre filius. ⁊ spūssanctus ꝓprie et vere ꝓcedit Ecce aperte dicit spūmsanctū ꝓprie esse de patre. ⁊ ꝓprie ꝓcedere de patre. quod non est ita intelligendum tanqꝫ prius vel plenius a patre procedat ꝫ a filio. sed quia hoc habet pater a se non ab alio. vt de ipso sit ⁊ procedat spūssanctus. filius autez non a se. ꝫ a patre hoc habet. vt de ipso sit ⁊ procedat spūssanctus

¶ Ex eodē sensu dicit spūssanct? eē ⁊ mitti a patre per filiū

Forte etiam iuxta hanc intelligentiam dicitur spūssanct? mitti per filium ⁊ a patre esse per filiuz Unde Hilarius ad deum patrem de spiritussancto ⁊ filio loquens. in .xj. li. de trini. ait In spū sancto tuo ex te profecto ⁊ per eum misso. Item ante tempora unigenitus tuus ex te nat? manet ita ꝙ ex te per euz spiritussanctus tuus est. quod ⁊ si sensu nō percipiam. tamē teneo conscientia. In spūalibz cūm rebz tuis hebes sum. Item in eodem. Conserua hāc oro fidei mee religionem. vt qō in regenerationis mee symbolo professus sum. semper obtineam te patrez scz ⁊ filium tuū una tecum adorem. et

ſpiritumſcñi tuum. qui ex te p vnigenitum tuũ eſt promereat. Ecce apte dicit ſpiritumſcñi a patre ⁊ filio ⁊ mitti ⁊ eſſe. quod non ē intelligenduꝫ quaſi a patre per filium minorem mittatur vel ſit. ſed quia ex patre et filio ē ⁊ mittit̃ ab vtroqꝫ. ſed hoc ipſũ habet filius a patre. vt ab ipſo et ſit ⁊ mittatur ſpi. ſan. Hoc ergo voluit ſignificare Hilarius diſtinctionem facies in loquutione. vt oſtenderet in patre eſſe auctoritatem. Inde eſt etiã q̃ veritas oſtendens patrem ee̊ auctorem proceſſionis qua ꝓcedit ſpũſanct̃ a filio dixit in euangelio. De patre ꝓcedit. cũ de patre ⁊ filio procedat ſpi. ſã. Unde Augu. querit ſi de patre et filio procedit ſpi. ſan. cur filius dixit de patre procedit. Cur putas niſi quia ſolet ad eum referre etiam quod ipſius eſt de quo ⁊ ipſe eſt. Sicut ait. mea doctrina non eſt mea. ſed eius qui miſit me. Si igitur intelligitur eius doctrina. quam tamen dixit non ſuam. ſed patris. quantomagis illic intelligendus eſt ſpirituſſanctus de ipſo procedere. vbi ſic ait de patre ꝓcedit. vt non diceret de me non procedit. a quo autem habet filius vt ſit deus. Eſt enim de deo deus ab illo habet vtiqꝫ vt etiam de illo procedat ſpi. ſã. Et ideo ſpũſſanctus vt etiam de filio procedat ſicut procedit de patre ab ipſo habet patre. Quapropter qui poteſt intelligere in eo quod ait filius. ſicut habet pat̃ vitaꝫ in ſemetipſo. ſic dixit ⁊ filio vitaꝫ habere in ſemetipſo. nõ ſine vita exiſtenti iam filio vitam patrem dediſſe. ſed ita eum ſine tẽpe genuiſſe. vt vita quã pater filio gignẽdo dedit. coeterna ſit vite patris qui dixit. intelligat etiam ſicut habet pater i ſemetipſo vt de illo procedat ſpũſſanctus ſic dediſſe filio. vt et de illo ꝓcedat idem ſpi. ſan. ⁊ vtrunqꝫ ſine tẽpe. Ita ergo dictum eſt ſpũſanctuꝫ de patre procedere. vt intelligatur etiã q̃ procedit de filio. de patre eſſe ⁊ filio. Si eñ quicquid habet de patre habet filius. de pre habet vtiqꝫ vt de illo procedat ſpirituſſanctus. ſed nulla ibi tẽpa cogitentur que hñt prius ⁊ poſterius qz ibi oino nulla ſunt

¶ Diſt. xiij. Quare ſpũſſcũs cũ ſit de ſubſtantia patris non dicatur filius vt genitus. ſed tñi procedens

POſt hoc cõſiderandum eſt quãtũ a talibus qualeꝫ nos ſumus intelligi poteſt cũ ſpũſſcũs ꝓcedat de patre. et ſit de ſubſtantia patris. cur nõ dicatur eſſe natus. ſed potius ꝓcedere. et cur nõ dicatur filius Quare añt ſpirituſſcũs nõ dicatur vel ſit natus. ⁊ iõ non ſit filius. Augu. oñdit in .xv. li. de trinita. ita dicens. Si ſpũſſcũs filius diceretur. amboꝝ vtiqꝫ filius diceret̃. qõ abſurdiſſimum eſt. filius quippe nullius eſt duoꝝ niſi patris ⁊ matris. Abſit añt vt inter deũ patrem ⁊ deum filiũ tale aliquid ſuſpicemur Abſurdiſſime ergo filius diceret̃ amboꝝ. i. patris et filij. amboꝝ eñ filius diceretur ſi eum ambo genuiſſent. qõ abhorret omnis ſanoꝝ ſenſus. non ergo ab vtroqꝫ eſt genitus. ſed procedit ab vtroqꝫ ambo rũ ſpiritus. His verbis oſtenditur cur ſpirituſſanctus cum ſit de patre. nõ tñi dicatur genitus vel filius.

¶ Cum ſpũs non dicatur genit⁹. cur filius dicatur procedere

Cum autẽ ſpirit⁹ ſanctus non dicatur genitus ſed tantũ procedens. queri ſolet cur non dicatur filius tantũ genitus. ſed ⁊ procedens ſicut ipſe in euangelio Johannis ait. Ego ex deo proceſſi ſed exiui ⁊ veni i mundũ. Non ergo tantum ſpũſſanct⁹ procedit a patre. ſed etiam filius. Ad qõ dicim⁹ q̃ cũ vterqꝫ procedat a patre. diſſimiliter tamen. Nã ſpũſſanct⁹ vt ait Augu. in v. li. de trinitate procedit a patre non quõ natus. ſed quo

modo datus vel donum filius autez processit nascẽdo. exit vt genitus. Ac p ꝫ illud eluceſcit vt potest. ſcz cur ſpiritusſanct⁹ etiã non ſit filius. cũ et ipſe a patre exeat. ideo ſcz non dicit filius qz necꝫ natus ẽ ſicut vnigenitus. necꝫ factus vt ꝙ dei gratiã ĩ adoptionẽ naſceretur ſicut nos.

¶ Qz nõ potest distingui a nobis inẽ generationẽ filij et processionem ſpiritusſancti.

Inter generatio

nem vero filij et processionẽ ſpũſſancti dũ hic viuimus distinguere nõ ſufficimus. Unde Augu. Maximino ꝓmiſſam questionẽ refricãti. ſcz quereti cur ſpũſſanctus non diceretur filius cũ de patris eſſet ſubſtantia rñdẽs ſic ait Queris a me ſi de ſubſtantia patris eſt filius. de ſubſtantia patris et ſpiritusſanctus. cur vnus filius ⁊ ali⁹ non ſit fili⁹. Ecce rñdeo ſiue capias ſiue nõ capias. de patre ẽ filius. de patre ẽ ſpiritusſanctus. ſed ille genitus eſt. iſte procedens. Ideo ille filius eſt patris de ꝙ eſt genitus iſte aũt ſpũs vtriuſꝫ. qm̃ de vtroꝫ procedit. ſed cũ de illo loq̃retur aut de patre procedit. qm̃ pater processionis eius eſt auctor qui talẽ filium genuit. et gignendo ei dedit. vt etiam de ipſo procederet ſpũſſanctus. Nã niſi procederet etiã de ipſo nõ diceret diſcipulis. accipite ſpiritũſſanctũ eunꝫ in ſufflando daret. vt a ſe quoꝫ procedere ſignificans aperte oñderet flãdo qđ ſpirãdo dabat occulte Quia ergo ſi naſceretur. non tm̃ de patre nec tm̃ de filio. ſed de ambob⁹ vtiqꝫ naſceretur ſine dubio filius diceretur ambo rum Ac per hoc quia filius ambozum nullo modo eſſet. non opꝛtuit naſci eum de ambobus. ambozum eſt ergo ſpiritus procedendo de ambob⁹

¶ Hic dicit ꝙ non valet inter duo illa distingui.

Quid aũt inter ñaſci et procedere interſit. de illa excellentiſſima natura loquens explicare quis poteſt. Non enĩ omne quod procedit naſcitur. Quis omne procedat qđ naſcitur ſicut non omne quod bipes eſt homo ẽ. Quis bipes ſit omnis qui homo eſt. hoc ſcio. diſtinguere autem inter illam generationem et hanc processionẽ neſcio. non valeo. non ſufficio. Ac ꝙ hoc quia et illa verbi ⁊ iſta eſt ineffabilis. ſicut prophęta de filio loquens ait Generationẽ eius quis enarrabit. ita de ſpirituſancto veriſſime dicatur. processionem eius quis enarrabit. Satis ſit ergo nobis. quia non eſt a ſeipſo filius. ſed ab ipſo de quo natus eſt. non ẽ a ſeipſo ſpiritusſanctus. ſed ab illo de quo procedit. ⁊ qz de vtroꝫ procedit ſicut iam oſtendimus. De ſpũſancto quo ipſe de deo ſit. nec tamen ipſe filius ſit. quoniam procedendo nõ naſcendo legitur eſſe de deo. iam ſuperi⁹ quantum viſum eſt. diſputauimus.

¶ An ſpiritusſcũs debeat dici ingenitus.

Nunc cõſiderãdũ

eſt cum ſpũſſanctus non ſit genitus. vtrum debeat dici ingenitus Ad quod dicimus ſpiritumſanctũ nec genitũ nec ingenitum debere dici. Unde Augu. ad Oroſium ait. Spiritumſanctũ nec genitum nec ingenitum fides certa declarat quia ſi dixerimus ingenitum duos patres affirmare videbimur. ſi aũt genitũ duos filios credere culpamur. Sicut enim ſolus filius dicitur genit⁹ ita et ſolus pater dicitur ingenitus. eo ꝙ ab alio non ſit. Unde Augu. in. xv. li. de trinitate. Pater inquit ſolus non eſt de alio. ideo ſolus appellatur ingenitus. non quidem in ſcripturis. ſed in conſuetudine diſputantium. ⁊ de re tã ta ſermonem qualem valuerint profe rentium. Filius autem de patre natu

est et spūssanctus de patre principaliter et cōmuniter de vtroq; procedit. Ideo q; cum spiritumscm genitum non dicamus. dicere tamen nō audemus ingenitum. ne in hoc vocabulo vel duos patres in illa trinitate. vel duos qui non sint de alio quispiā suspicet. Ecce his verbis aperte ostendit spūssanctus nec genitum nec ingenitum debere dici.

Aliter em̃ intelligitur cū dicitur donū aliter cū dicit donatū .nā donū potest esse etiam añ q̄ dat̃. donatum aūt nisi datū fuerit nullo mō dici pōt Sepiē ne g̃.s.s.ē donū.tpaliť āt donatū his ꝟbis apte oñdit . q̄ spūssc̃us sicut ab eť no ꝓcedit .ita ab eť no donū ē .ñ q̄a donaret̃ a p̃e filio. vl̃a filio p̃i.ſ quia ab eterno ꝓcessit donabilis . Cz q̄rit̃ cui donabil̃ . vtr̃ p̃i ⁊ filio an tm̃ nob̃ q̄ nōdū eram? Si aſ nō erat donabilis p̃i ⁊ filio.ſ tm̃ nob̃ ⁊ ex eo donū erat q̄a sic donabil̃ ꝓcedebat . videt̃ q̄ filio eadē ratōe sp̃ donū fuerit. q̄ a p̃e ꝓcessit ab eť no. donabil̃ nob̃ in p̃te. Nā ⁊ de filio legit̃ q̄ dat̃ ē nob̃. Ad q̄d dicim? q̄a .s. s.nob̃ tm̃ .nō p̃i vl filio donabil̃ ꝓcessit.sic̃ ⁊ nob̃ tm̃ dat̃ ē. Et filio vere dat̃ ē nob̃ et ab eť no ꝓcessit ab p̃e non vt donabil̃ tm̃.ſ vt genitus.q̄ et donari posset .ꝓcessit g̃ vt genitus et donabilis sed spiritussanctus non procedit vt genitus ſ tantum vt donum .donum autem semper fuit nō solum quia donabilis.ſ q̄a ꝓcessit ab vtroq̄ ⁊ q̄a donabil̃ fuit . Ñ Aug̃ in. v.li.d̃ tri. eoſp̃o q̄ daturus eū erat dñs. iā donū erat etiā añ q̄ daret̃ .et iō donabilis .ſ aliter donabilis q̄ filio? Nam et aliter dat̃ et aliter ꝓcessit q̄ filio? Filiꝙ em̃ processio geitura est vel natiuitas. Spiritussancti vero ꝓcessio natinitas non est. vtraq̄ vero ineffabilis est.

¶ Qr filio? sic̃ i nascendo accepit ñ tm̃ vt eēt filio?.ſ etiā eēntia.ita⁊ spūssc̃us procedendo accepit .ñ tm̃ vt esset donum.ſ vt esset essētia.

Et notāduz quod

sicut filius nascendo accepit.ñ tamen vt filius sit.ſ oino vt sit.et vt ipsa substātia sit. Ita et .s.s.a p̃e et filio vt ꝓcedendo accepit.ñ tantū vt .s.s. sit vel donum .ſ etiam vt omnio sit ⁊ vt substātia sit.quod vtiq̄ non accepit eo q̄ datur. Nam cum non detur nisi ex tpe si hoc haberet eo quo datur.accepisset ergo ex tempore vt esset. Unde .Augustinus in .v.libro de tri Filius ñ hoc tantū habet nascendo vt filius sit. sed oīno vt sit. Queritur ergo vt spūssc̃us eo q̄ datur hēat non tm̃ vt donuz sit.ſ omnino vt sit .quod si non est quia datur.i. si nō habet esse nisi eo quo datur sicut filius nascendo habet non tantuz vt sit filius quod relatiue dicitur . sed omnino vt sit ipsa substantia quomodo iam spūssanctus erat ipsa substantia cum non prius daretur q̄ esset cui daretur Non ergo quo datur.sed procedendo habet vt sit donum et vt sit essentia . sicut filius non eo quo datus est.sed nascendo accepit.nō tantum vt sit filius sed vt sit essentia . Unde Augu.in.xv.libro de trinitate ait . Sicut filio prestat essentiam sine initio temporis.sine vlla mutabilitate nature de patre generatio.ita spiritussancto prestat essentiam sine vllo initio temporis sine vlla mutabilitate nature de vtroq̄ processio

¶ Questio ex predictis q̄ filius non tantum sit filius natiuitate . sed etiam deus vel essentia et spiritussanctus processione.

Hic oritur questio

Si filius nascendo habet non tantum vt sit filius sed vt sit essentia . et spiritussanctus procedendo . non tantum vt sit donum sed vt sit essentia.ergo et filius natiuitate essentia est. et spiritussanctus processione essentia est . cum alibi dicatur q̄ nec pater eo pater est quo deus.nec filius eo filius quo deus.nec spiritussanctus eo donum quo deus.quia vt ait Augustinus in septimo libro de trinitate. His nominibus eorum relatiua ostenditur.non essentia. Unde post plenius agem? ¶ Ad quod breuiter respondentes dicimus quia nec filius natiuitate essentia est.

sed tantum filius. nec spiritussanctus processione essentia est. sed tantum donum ⁊ tamen vterqꝫ. ille nascendo iste procedendo accepit vt esset essentia. Non enim vt ait Hilarius in li. v. de trini. p defectionē aut pretentionem. aut deriuationem ex deo deus est. sed ex virtute nature in naturam eandem natiuitate subsistit filius. et ex virtute nature in naturam eandeꝫ subsistit spiritussanctus.

Exponit verba Hilarij

Quod itaqꝫ intelligi potest. ex patre qui est virtus ingenita. naturam quam habet. eandem filiꝰ natiuitate. i. nascēdo. ⁊ spiritussanctus processione. i. procedendo habet. Idē de ipse idem apertius eloquens quod dixerat. aperit subdens. Natiuitas inquit dei non potest non eaꝫ de qua p fecta est naturam tenere Non enim aliud ꝫ deus subsistit quod non aliunde ꝫ de deo subsistit. Ecce his verbis aperitur quomodo accipiendum sit illud de patre generatio prestat essentiam filio. et de vtroqꝫ p cessio prestat essentiam spirituiscō. nō quia ille essentia sit filius. et iste essentia sit spiritussanctus. immo p rietate personali. sed quia et ille nascendo et iste procedendo essentiam habet eandē et totā que in patre est.

¶ Qz spūssanctus dicitur donum ⁊ donatum ꝑm predictos duos processionis modos.

Ex predictis patꝫ q spiritussanctus sempiterne donum est. et temporaliē datum vel donatum ex quo apparet illa distinctio gemine p cessionis. de qua supra egimus. Nam ꝑm alteram processionem dicitur donatum vel datum. ꝑm alteram vero dicitur donum

¶ Scōm hoc q donuꝫ est refertur ad patrem et filium. ꝑm q datum ad eum qui dedit. et ad eos quibus dedit.

Et secundum hoc q sempiterne donū est refertur ad patrem et filium. ꝑm hoc vero qō dicat datum vel donatum. ⁊ ad eum qui dedit refertur. et ad eos quib datur. et eius dicitur esse qui dat et illoꝝ quib datur. Unde Augu. in. xv. li. de trini. ait. Quod datum est ⁊ ad eum qui dedit referē. et ad eos quib dedit. itaqꝫ spūs sc̄us non tantum patris et filij qui dederūt. sed etiam noster dicatur qui accepimus. spiritus ergo et dei qui dedit et noster qui accepimus. nō ille spiritus noster quo sumus. quia ipe spūs est hoīs qui in ipso est. ꝗus et illuꝫ spiritum qui hominis dicitur vtiqꝫ accepimus. sed aliter ille. aliter iste noster dicitur. Aliud est enim quod accepimꝰ vt essemus. aliud qō accepimus vt sancti essemus. Qz autem spūssanctus nē dicatur scriptura ostendit. Scriptum est enim de Johanne q in spū Helie veniret. Ecce dictus est helie spūssanctus quē accepit Helias Et moyses ait dominus. Tollam de spiritu tuo et dabo eis. i. dabo illis de spiritusancto quem iam tibi dedi. ecce ⁊ hic dictus est spiritus moysi Patet ergo qz spūssanctus noster dicitur spūs. ꝑ qz nobis datus. ⁊ datus vtiqꝫ ad hoc vt sancti essemus. spūs vero creatus ad hoc est datus vt essemus.

¶ An filius cum sit nobis datus possit dici noster vt spiritussanctus.

Hic querit vtruꝫ et filius cū sit nobis datus dicatur vel possit dici noster Ad quod dicimus q filius dicatur noster panis. noster redemptor et huiusmodi. sed noster filius non dicatur qz filius dicatur tm̄ relatiue ad eum qui genuit. ⁊ ideo noster filius non potest dici. sed patris tantū In eo aūt quod dicatur datus ē referē

vt spūssanctus. qui etiam cum in scriptura vt supra dictum est dicatur spūs noster. vel spūs tuus vel illius. vt de moyse vel helia dictum est. Nusq̄ tñ in scriptura occurrit ita dici spūssanctꝰ noster vel tuus vel illius. sed spiritus noster vel tuus spiritus vel illius. quia spūssanctus eo dicitur quo donum et vtrūq̄ relatiue dicitur ad patrem et filium. et hoc sempiterna relatione. Si tamen aliquādo dicitur donū nostruz accipitur donum nostruz pro donato vel dato. Cum vero donuz accipitur eo mō quo spūssanctus. donū tñ pris et filij dicitur. non hominis. Ita et filius dei sub hac appellatione non potest dici noster. vt dicatur filius noster. sicut nec dicitur spiritussanctus noster. tamen de filio dicitur panis noster. et de spū spiritus noster. Ille noster panis. qz nos reficit nobis datus. iste noster spiritus. quia nobis inspiratur a patre et a filio. et in nobis spirat sicut vult Unde Augu. in. v. li. de tri. ait. qđ de patre natū est ad patrē solum refertur cum dicitur filius. et ideo filius patris est. et nō noster. Dicimus tamen et panem nostrum da nobis sicut dicimus spm̄ nostrum.

¶ Utrum spiritussanctus ad seipsum referatur.

Post hoc queriť

vtrū spūsscūs ad seipsuz referatur. hoc eñ videtur ex predictis posse probari. Si eñ quod datur referť ad eum qui dat et ad eū cui datur. et spūssanctꝰ datur a seipso vt predictum ē. ergo refertur ad seipsum. Cuius questionis determinationem in posterum differimus donec tractemus de hijs que relative dicuntur de deo ex tempore. iiquibus datum et donatum continentur.

¶ Distinctio. xix.

¶ De equalitate trium personaz.

Nunc postq̄z

coeternitatem triū psonaz. p modulo facultatis nře insinuauimus. iā de earūdē equalitate aliquid supereſt eloqui. Fides eñ catholica sicut coeternas. ita et coequales tres personas asserit. Equalis enim est in omnibꝰ patri filius. et patri et filio spiritussanctus. qz vt ait Augu. in libro de fide ad petrū. breuiter apertens q̄ modo intelligatur equalitas dicat. nullus horz alium aut precedit eternitate aut excellit magnitudine. aut superat potestate. quia nec filio nec spirituisancto quātum ad nature diuīe vnitatem patri net. aut anterior aut maior est pr̄ filio nec filius spirituisancto. Eternuz quippe et sine initio est q̄ filius de patris natura extitit. et eternum et sine initio est q̄ spūssanctus de natura patris filijq̄z procedit. Ob hoc ergo tres recte vnū credimus et dicimus deum. quia vna prorsus eternitas. vna immensitas vna naturaliť triū psonaz ē diuinitas Ecce breuiter assignauit Augustinus in q̄ triū psonaz consistat equalitas. scz qz alia aliā non excellit. aut eternitate. aut magnitud ine. aut pōte

¶ Deternitas et magnitudo et potētia in deo sunt vnum. licet ponantur q̄si diuersa

Cunqz enumeretť

ista quasi diuersa in deo. tamen vnum et idem sunt. scz essentia diuīa simplex et incōmutabilis. Unde Augu. i. vij. li. de tri. Non alio magnus alio deꝰ ē sed eo magnus quo deus est quia non aliud illi est magnum esse. aliud deum esse. Eadem quippe eius magnitudo que virtus et eadem essentia que magnitudo. Pater q̄ et filius simul vna eēntia et vna magnitudo. Ita etiaz et potentia dei eēntia diuina ē Uñ Au. in. vij. libro confessionum. Voluntas

et potentia dei deus ipse est. Eternitas quoq; dei ēntia diuina est. quod Augu. ostendit sup illum locū psalmi In generatione et generationem anni tui dicens. Est generatio generationū que non transit collecta de omnib; generationib; i. spūssancti. in illa erūt anni dei qui non transeunt. i. eternitas dei Non eīi aliud sunt anni dei. aliud ipse sed anni dei eternitas dei est. eternitas vero ipsa dei substātia est nihil habens mutabile. Incōcusse ergo tenea mus q vnum ideq; est. id est essentia diuina. eternitas dei. potentia magnitudo Et tamen consueuit scriptura hec et his simulia quasi distincta ponere In his ergo verbis trium equalitatē personaz breuiter complexus est. Augustinus. quia ali? aliū nec eternitate nec magnitudine nec potentia superat.

¶ Supra egit de eternitate.

Quod autē eterni

tate aliqua trium psonaz aliuz non excedat. supra ostensum est. vbi coeternitas trium personarum insinuata est. Nunc ergo supereſt ostendere q magnitudine vel potentia alius alium non excedat. et prius de magnitudine videamus.

¶ Hic de magnitudine q ea aliqua psonaz aliquam nō excellit.

Sciendū est ergo

quia pater non est maior filio. nec pater vel filius maior spiritusancto. nec maius aliquid due persone sunt simul q̄z vna. nec tres simł maius aliquid q̄z due. nec maior est essentia in tribus q̄z in duabus. nec in duabus q̄z in vna. quia tota est in singulis. Vnde Johānes damascenus ait. Confitemur deitatis naturam omnem. perfecte esse in singula suarum yposta'con. id est personaz omnem in patre. omnem ī filio. omnem in spiritusancto. Ideoq; perfectus deus pater. perfectus deus filius. perfectus deus spiritussanctus.

¶ Quomō dicatur pater esse in filio et filius in patre. et spūssc̄us in vtroq; singulus in singulis.

Et inde est quod

pater dicatur esse in filio. et filius in patre. et spiritussanctus in vtroq; et singulus in singulis. Vnde Augustinus in libro de fide ad petrum. Propter vnitatem naturalem totus pater in filio et spiritusancto est. totus quoq; spiritussanctus in patre et filio est. null? horum extra quēlibet ipsorum ē propter nature diuine vnitatem. Ecce hic aperit aliquatenus. Non enim potest plene tantum ab homine reserari archanum. ex qua intelligētia dicatur singula personarum tota esse in alijs Vnde etiam Hilarius ista interius perquirens in libro tercio de trinitate ait Affert pleriſq; obscuritatem sermo dominī cum dicit. Ego in patre et pater in me est nec immerito. natura enim intelligentie humane rationem dicti huius non capit. nec exemplum aliquod rebus diuinis comparatio humana p̄stabit. Sed quid intelligibile est homini deo esse possibile est. Cognoscendum itaq; atq; intelligendum est q̄d sit illud. Ego in patre et pater in me ē si tamen comprehendere hoc ita vt est valebimus. vt quod natura rerum patī non posse estimatur. id diuine veritatis ratio consequatur. Patrem igitur in filio et filium in patre esse. plenitudo diuinitatis in vtroq; perfecta ē quia plenitudo diuinitatis in filio. q̄d in patre est hoc et in filio est. quod in ingeito ē hoc ingenito alter ab altero. et vterq; vnum. is scilicet qui est nihil habens quod non sit etiam in eo a quo est. non duo vnus. sed alius ī alio quia non aliud in vtroq; vt vnum sint in fide nostra vterq;. non vnus nec

eundem vtrunq3.nec aliud confitemur quia deum ex deo natum.nec eundem natiuitas nec aliud esse permittit. Eā/dem ergo in vtroq3 et virtutis simili/tudinem ⁊ veritatis plenitudinem confi temur quia veritas dicit ego in patre ⁊ pater in me est. Omnia enim filiꝰ acce pit a patre. Nam si patrem eiusdem q̄ genuit accepit .ergo neuter pfectus ē. deest enim ei vnde decessit. nec pleni tudo erit in eo qui ex portione constite rit. Neuter ergo eorum perfectus est si plenitudinem suam ⁊ cum qui genu it amittit: nec qui natus est consequi/tur. Fateamur ergo q̄ filius est in pa/tre et pater in filio .deus in deo .vt idē Hilarius ait in septimo libro de tri/nitate. Non per duplicem conuenien/tium generum coniunctionem.nec per insitiuam capacioris substantie natu/ram.sed per nature vnitam similitudi nem .per natiuitatem nature viuentis ex viuente natura duꝫ res non differt dum naturam dei non degenerat nati/uitas .dum non aliud aliquid ex deo q3 deus nascitur .dum nihil in his no/uum est.nihil alienum.nihil separabi/le. Ecce his verbis prout humana p/mittit infirmitas ītelligi potest.ex quo sensu christus dixerit se esse in patre et patrem in se. Ex eodem sensu etiam intelligitur spiritussanctus esse in vtro q3 et singula personarum in singulis. quia scilicet in singulis ē eadem plen/tudo diuinitatis ⁊ vnita simlitudo na ture.quia non est maior diuina natu/ra in aliqua harum personaruꝫ.sed vni us et indifferentis nature sunt he tres persone Ideoq3 altera in altera esse di citur. vt predictum est. Vnde etiam Ambrosius predictorum verborum sententiaꝫ nobis aperiens super episto lam secundam ad Chorinthios ait.p hoc intelligitur pater esse in filio. et fili us in patre.quia vna est eorum substā tia. Vbi enim est vnitas vbi nulla di/uersitas. Ecce tribus illustrium viro/rum testimoniis. scilicet Augustinus Hilariꝰ atq3 Ambrosius in idem con currentibus.reuelatione spiritussancti in eis loquentis. pie credere volenti/bus ostenditur.tamen quasi per specu/lum ⁊ in enigmate qualiter accipiendū sit.cum dicitur pater in filio esse vel fi/lius in patre .vel spiritussanctus in v/troq3.

¶ Ad id quod ceperat redit vt esten/dat. scilicet q̄ magnitudine vnus non superat alium.

Sed iam nunc ad propositum redeamus .ceptoq3 insis/tamus ostēdentes.q̄ magnitudie nul/la trium personarum aliam superat. quia nulla maior alijs .nec maius ali/quid sunt due q3 vna.nec tres q3 due. nec maior deus q3 singuli eorum.quia singulus illorum perfectus est.nec est quo crescat illa pfectio.

¶ Qz nulla personaruꝫ pars est in tri nitate.

Nec est aliqua tri um personarum pars dei vel diuine es sentie.quia singula harum verus ⁊ ple nus deus est . et tota et plena diuina essenna est.et ideo nulla istarum in tri nitate pars est. Vnde Augustinus in libro.vj.contra maximinum hereticum sic ait. Putas deum patrem cum filio et spiritusancto vnum deum esse non posse. Times enim ne pater sit pars vnius dei qui constat ex tribus.

¶ Qđ tenebat hereticus potꝫ Augu stinus et respondet.

Noli hoc timere nulla enim fit partium in deitatis vni tate diuisio vnus est deus pater ⁊ fi/lius et spiritussanctus.id est ipsa trini/tas vnus est deus.ergo inquis deꝰ pa ter est pars dei.absit. Tres enim pso ne sunt pater et filius et spiritussanctꝰ et bi tres quia vnius substantie sunt.

vnum sunt.et summe vnum sunt. vbi nulla naturaꝝ nulla est diuersitas naturaꝝ voluntatuꝫ Si enī natura vnū essent et consensione non essent.non sīme vnum essent. Si vero natura dispares essent vnū non essent. Hi ergo tres.qui vnū sunt propter ineffabilem coniunctionem veritatis .qua ineffabiliter copulantur vnus deꝰ est ¶ Pars ergo trinitatis esse non potest quicunqꝫ vnus in tribus. In trinitate ergo que deus est ⁊ pater deus est.et filius deus est.et spūssc̄us deus est.et simul hi tres vnus deus.nec huius trinitatis t̄cia pars est vnus nec maiꝰ aliquid duo q̄ꝫ vnus ibi est.nec maius aliquid sunt omnes q̄ꝫ singuli.qz spūalis .non corpozalis est magnitudo. Qui potest capere capiat.qui aūt nō potest credat ⁊ oret. vt quod credit intelligat. Verus est em̄ qō dicitur p̄plxtam.nisi crediderit nō intelligeris. His verbis apte ostendit indifferentē magnitudinez trium p̄sonaꝝ. Item in eodem.

¶ Argumentario Augu.contra maximinum hereticum.qua ostendit patrē et filium et spūmsanctum non esse partes in trinitate.

Tu nempe dixisti

vnum deū non ex partibꝫ esse compositum.et hoc de patre vis intelligi. Ille inquis virtus est ingenita simplex.⁊ tamen in hac simplici virtute multa videris commemozare cū dicis.deꝰ deum genuit.bonus bonum genuit.sapiens sapientem.clemens clementē. potens potentem. Munquid ergo charitas bonitas et sapientia et clementia ⁊ potentia p̄tes vnius sunt virtutis.quā simplicem esse dixisti. Si dixeris partes sunt . simplex ergo virtus ex partibus constat. At simplex est ista virtus te diffiniente vnus est deus. ergo deum ex partibꝫ cōpositum esse dicis non dico inquis.non sunt ergo partes Si ergo in vna persona patris et illa ūtenis que plura videtur .et partes nō inuenis.qz vna virtus simplex est.q̄ꝫ tomagis pater et filius et spiritussanctus et propter idiuiduam veritatē vnꝰ deus est.et propter vniuscuiusq̄ꝫ p̄prietatem tres p̄sone sunt.et p̄pter perfectionem singulorꝫ partes vnius dei nō sunt Virtus est pater. virtus est filius virtus est spūssanctus .hoc verū dicis sed quod virtutē de virtute genitam . et virtutē de virtute p̄cedentē non vis habere eandē naturam.hoc falsuꝫ dicis et hoc contra fidem rc̄am ⁊ catholicam dicis. His verbis aperte docet̄ q̄ tres p̄sone ille non sunt partes dei vel diuine essentie.nullaq̄ illaꝝ trinitatis pars dicenda est . nec vna maiorꝫ alīs.

¶ Cuꝫ dicimus tres p̄sonas esse vnā essentiam.nec vt genus de speciebus.nec vt speciē de indiuiduis p̄dicamus. quia non est essentia genus .et p̄sone species vel essentia species ⁊ p̄sone indiuidua.

Hic adiiciendum

est q̄ tanta equalitas trium p̄sonarum atqꝫ indifferens magnitudo.q̄ cū dicamus tres personas vnam esse essentiaꝫ vel substantiā.nec vt genꝰ de speciebus.nec vt speciē de indiuiduis p̄dicamus Non em̄ essentia diuina genus est.⁊ tres p̄sone species.vel essentia diuina species ⁊ tres p̄sone indiuidua . Quod Augu.rationibꝫ p̄babilibus atqꝫ irrefragabilibus aperte demōstrat in libro septimo de trini.ita dicens. Si essentia genus est. species ār p̄sona. vt nonnulli sentiunt oporteat̄ appellari tres substantias vt appellantur tres p̄sone.sicut cum sit animal genus et equus species. appellātur tres equi idēq̄ tria aīalia.non enim species ibi pluraliter dicitur.⁊ genus singulariter vt si diceretur tres equi sunt vnū aial sed sicut tres equi speciali nomine . ita tria animalia generali nomine dicunt̄.

Cum ergo tres psonas vnam essentiam esse fateamur. non tres essentias cū equi tria animalia dicuntur nō vnū patet nomine essentie non significari genus. nec nomīe psone speciem.

¶ Hic probat q non dicitur vt spēs de indiuiduis.

Si vero dicunt nomine persone non speciē significari. sed aliquod singulare atq; indiuiduum. et nomine essentie speciem intelligi. vt psona non dicatur sicut homo. sed quomodo dicitur hic homo vel vt abrahā ysaac et iacob. vel quis alius qui etiaz digito presens demonstrari possit. sic quoq; illos eadem ratio cōfutabit. Sicut enim dicuntur abrahaz ysaac et iacob tria indiuidua. ita tres hoīes et tria animalia. cur ergo pater et filius ⁊ spiritussanctus si fm genus et speciē ⁊ in diuiduum ista differimus. non ita dicūtur tres essentie et tres psone

¶ Alio modo probat idem.

Alio quoq; modo probat idem Augu. scilicet q essentia diuina non est genus. nec persone species. vel essentia non est species. nec psone indiuidua. Una inquit essentia nō habet species sicut vnum animal non habet species vnius essentie. pater ergo ⁊ filius ⁊ spiritussanctus non sūt tres species vnius essentie. diuina ergo essentia genus non est. Sed nec species est essentia diuina. et persone indiuidua sicut homo species est. indiuidua autem abrahaz ysaac et iacob. Si enim essentia species est vt homo. sicut vnus homo non dicatur esse abrahaz ysaac et iacob. ita nō dicetur vna essentia esse tres persone. non itaq; fm genus et species ista dicamus

¶ Non fm materialem causam dicuntur tres persone vna essentia.

Notandum etiam q vna essentia diuina non est materia trium personarum. vt Augustinus in eodem docet. tanq; fm communē cāvenq; materiam tres persone dicantur esse vna essentia. sicut ex eodē auro si fierēt tres statue diceremus tres statuas vnum aurum. non autem sic trinitatem. id est tres personas dicim? vnā essentiam ⁊ vnum deum tanquā ex vna materia tria quedam subsistāt. In statuis enim equalibus plus auri est tres simul q̄ singule. et minus auri est vna q̄ due. In illa vero essentia trinitatis nullomodo ita est. non ergo fm materialem causam tres personas vnam dicimus esse essētiam. sicut tres statue dicuntur vnum aurum

¶ Nec ita dicuntur tres persone vna essentia vt tres homines vna natura vel vnius nature.

Hic quoq; addendum est q tres personas non ita dicimus vnam essentiam esse. Vt beatus Augustinus in eodem ait. vel vnius essentie. sicut dicimus aliquos tres homines eiusdem sexus et eiusdem temperationis corporis. eiusdēq; animi. vnam esse naturam vel vnius nature. Nam in hijs rebus non tantum est vnus homo quantum tres homines simul. et plus aliquid sunt homines duo q̄ vnus homo. sicut et i statuis esse diximus. at in deo non est ita. Non enim maior essentia est pater et filius simul q̄ solus pater vel solus filius. nec tres simul ille persone equales sunt singulis. Ex premissis p3 q tres psone dicunt vna essentia. nec fm materiale cā3. vt tres statue vnū aurū nec fm cō

plexionis similitudinem vt tres homines vnius nature. nec vt genus predicatur de speciebus. vel vt species de individuis. i. ptinens de contentis. maior de minoribus

¶ Quc videntur aduersa predicit.

His autē videtur aduersari q̄ quidā sacre scripture tractatores catholici in suis scriptis tradiderunt. in quibus significare videntur q̄ essentia diuina sit quoddam cōmune et vniuersale velut species. tres vero psone sunt tria particularia id est tria individua numero differentia Unde Johānes damascenus inter doctores grecorum magnus in libro quem de trinitate scripsit quem et papa Eugenius transferri fecit. ait. ¶ Cōmunia et vniuersalia predicantur de subiectis sibīpsis particularibus. ¶ Cōmune ergo substantia est. particulare vero ypostasis id est persona. particulare autē dicitur nō q̄ partem nature habet. sz particulare numero. vt athomū id est individuū. Illud numero eīm et non natura differre dicunt ypostases. Item in eodem Substantia significat cōmunem et circūplectiuā speciez homoydeon id est simlū specie ypostascon. id est personarum. vtputa deus homo. ypostasis autem individuū demonstrat. scz p̄em. filiū. spiritūsanctum ¶ petrum ¶ paulum. et huiusmodi ¶ Ecce aperte dicit substantiam esse vniuersale. ypostasim vero particulare. et q̄ deus est species vt homo. et q̄ pater et filius et spiritussancrus sunt individua sicut ¶ petrus ¶ paulus. et q̄ numero differant. cui premisse sententie Augustinus penitus contradicere videtur. quid ergo dicem⁹ ad hec. Hoc vtiq̄ dicere possumus atq̄ debemus q̄ ea que Augustinus tradidit superius sine oī hesitatione tenēda sunt.

¶ Qz sane possunt intelligi que Johānes dicit. et quō ostēdit.

Hec autē que hic dicuntur licet in sermonis superficie aliquid a fide alienum resonare videantur. sane tamen intelligi queunt pūq̄z lectorem atq̄z intellectorem plurimuz efflagitant. in quorum explanatōe mallē silens alios audire. q̄z loquendo malignis detrahendi occasionem prestare videtur ramē mihi ita posse accipi aīt. Substantia est cōmune et ypostasis est particulare. non ita hoc accipit cum de deo dicantur vt accipiunt in philosophica disciplina. sed per similitudinē eorum que a philosophis dicuntur locutus est. vt sicut ibi cōmune vel vniuersale dicitur. quod predicatur de pluribus. particulare vero vel individuum quod de vno solo. ita hic essentia diuina dicta est vniuersale. quia de omnibus personis simul et de singulis separatim dicitur. particulare vero singulaquelibet personaruz quia nec de alijs cōmuniter. nec de aliqua aliarum singulariter predicatur. propter similitudinez ergo predicatōnis substantiā dixit vniuersale. et personas particularia vēl individua. propter hoc idem etiam eandez diuinam essentiaz dixit esse speciem cōmunem et circumplectiuam simlū spē personaruz. quia sicut hec species homo de suis predicatur individuis. velut de ¶ petro ¶ paulo et alijs. nec ista specie differunt sed conueniunt. ita deus de tribus predicatur personis. que individuitate non differunt. sed per omnia conueniunt. Hanc ergo similitudinem inter res sempiternas et res temporales perpendens Johānes. vniuersalitatis et pticularitat⁹ noīa. q̄ reb⁹ tpalib⁹ ꝓprie ꝙueniūt. ad res eternas trāstulit.

Aug⁹. vo maiorē videſ diſſilitudinē q̄ ſilitudinē inter res p̄dictas ab excellentia trinitatꝭ p̄dicta noīa remouit

¶ Ex quo ſenſu dixerit pſonas differre numero.

Quod ãt Johãnes

dicat ypoſtaſes differe numero. nō natura. in eo q̄ nō differe natura ait. vtriſſime ⁊ ſine ſcrupulo loquitur. Qz vero dicat differe numero cauendū eſt quomodo intelligatur. diuerſis enim modis dicunt aliqua differe numero

¶ Quibus modis dicatur differe numero ⁊ ꝑm que modus perſonis conuenire poſſit

Dicũtur enim ali

qua differe numero quando ita differunt. vt hoc nō ſit illud nec aliquod qđ illud eſt. vl in ipſo ē. qualiter differūt ſocrates ⁊ plato ⁊ huiuſmodi. que apđ philoſophos dicũtur indiuidua vl particularia. iuxta quem modum non poſſunt dici tres perſone differe numero

Dicuntur quoq̄ differe numero, que in enumeratione ſiue computatõne nō ſibi adiũguntur. ſed a ſeinuicem diſcernuntur. vt cum de aliquibus rebus loquentes dicam⁹. vna. due. tres. Et ꝑm hunc modum forte dixit Johãnes ypoſtaſes id eſt perſonas differe numero. Poſſumus eñ dicere. pater ē vn⁹ et pater ⁊ filius ſunt duo. ⁊ pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus ſunt tres. Et itē hec perſona ē vna. ⁊ hec ⁊ illa ſunt due et hec ⁊ illa ⁊ alia ſunt tres. Conueniẽtius tamen tres ille perſone proprietatibus tantum diſtingui dicuntur. de q̄rum diſtinctõne ꝑm proprietates in ſequenti tractabitur. Nunc vero ad ĩceptum redeamus que dicta ſunt repetentes. vt ſepius verſando familiarius innoteſcant

¶ Qz vna perſona non eſt maior alia. nec tres ſimul q̄ vna. ⁊ hoc rõe oſtẽdit catholica.

Sciẽdum eſt ergo

tantam eſſe equalitatẽ in trinitate. vt ait Auguſtinus in octauo libro de trinitate. vt non ſolũ pater non ſit maior q̄ filius. ſz nec pater ⁊ filius ſimul maius aliquid ſint q̄ ſpirituſſanctus. aut q̄libet perſona minus aliquid ſit q̄ ipa trinitas. Qz autem ita ſit. aliquo modo ſi fieri poteſt demonſtranduz eſt. Quantum ergo ipſe creator adiuuat attendamus. inquit Auguſtin⁹ in eodem. quõ in hac trinitate due vl tres perſone nõ ſunt mai⁹ aliq̄d q̄ vna eaz.

¶ Ratiõe ſubtiliſſima vtiñ ad oſtẽdẽdum q̄ ita ſit

Quod ibi maguuz

dicitur aliunde magnum non eſt. q̄ eo quod vere eſt. quia ibi magnitudo ipſa veritas eſt. ⁊ veritas eſſentia. non ergo ibi maius eſt quod verius non eſt. Nõ autez verius eſt pater ⁊ filius ſimul. q̄ pater ſolus vl filius. non ergo maius aliquid vterq̄ ſimul q̄ ſingulus eorũ et quia eque etiam vere eſt ſpirituſſanctus. ideo pater ⁊ filius ſimul non ſunt aliquod maius q̄ ipſe. quia nec verius ſunt. Item in eſſentia veritatis hoc eſt verum eſſe quod eſt eſſe. ⁊ hoc eſt eſſe qđ eſt magnum eſſe. hoc eſt ergo magnum eſſe quod verum eſſe. quod ergo ibi eque verum eſt. ⁊ eque magnum ē qđ ꝯ ibi plus veritatis nõ habz. nõ hz plus magnitudinis. plus autem veritatis non habet quod verius non eſt. Nõ eſt autem verius vna perſona q̄ alia. vel due q̄ vna. vel tres ſimul q̄ ſingula. non ergo plus veritatis habet vna q̄ alia. vl tres ſimul q̄ ſingula. Sic ergo ⁊ ipſa veritas nõ eſt maius aliquid q̄ vnaquęq̄ ibi perſona. ſed tam magnum q̄ ſingula. Non eñ ibi maior eſt q̄ verior non eſt. vbi ipſa veritas eſt magnitudo Ecce modo conuenienti ⁊ ratione catholica oſtenſum eſt. quomõ indifferens ſit magnitudo triũ pſonaz

qz nec vna maioz est alia. nec due vne nec tres simul maz aliqd ꝯz singula

¶ Qz deus nō est dicēdus triplex. sed trinus

Preterea cum deꝰ

dicaꝫ trinꝰ. non tñ debet dici triplex. ibi em̄ nō ē triplicitas vbi ē sūma vnitas et indifferēs eqlitas Ihñ Augꝰ. in. vi libzo de trinitate ait. Non quoniam deus trinitas est ideo triplex putandus est. alioquin minoz essz pr̄ solꝰ vl̄ filiꝰ solꝰ vl̄. s. s. ꝯz sil̄ pr̄ z filiꝰ et. s. s. Cū itaqz tātꝰ ē solꝰ pr̄. vl̄ solus filiꝰ. vl̄ solus spūssc̄us. quātꝰ ē sil̄ pr̄ z filiꝰ z. s. s. nullo mō dicēdꝰ ē triplex deꝰ. nō em̄ pr̄ cū filio z. s. s. maioz deꝰ ē ꝯz singuli eoz qz nō est q̄ crescat illa pfectio. pfc̄us ār est z pr̄ z filiꝰ z. s. s. z pfc̄us ē deꝰ singulus eoz. Et ido trinitas potꝰ ꝯz triplex dici dz In rebz cozpeis nō tm̄ est vna ēntū tres simil̄. z pl̄ sī due ꝯz vna res In trinitate vo sūma tm̄ est vna psona quantū tres simul. z tm̄ sunt due ēntū vna. z in se infinite sūt. qz non est finis magnitudinis eaz Ac p b apīe qđ sup̄ diximꝰ. s. quō z singula sunt in singul̄. z oīa in singul̄. z singula in oīb. z oīa in oīb. z vnū in oīb ē. z vnū oīa. Ecce iam ostēdimꝰ sufficienr ꝙlr in trinitate aliq̄ psona aliā nō supat in magnitudine ¶ Hist. xx

¶ Ostēso ꝙ aliq̄ psonaz aliā nō supat magnitudie. nūc ostēdit ꝙ alia nō excedit aliā potēcia

Nunc ostēde

re restat quō aliq̄ baz psonarū aliā nō excellat potentia. vt sic̄ vna z idifferēs ē magnitudo trin̄. ita vna z indifferēs mōstreꝫ potētia trin̄. Qđ ēduz ē igiꝛ qz nō est potencioz pr̄ filio. nec filiꝰ vel pr̄. s. s. nec maioꝛē potentiā hēnt duo vel tres simul ꝯz singulꝰ eoz. qz nec plus p̄t paꝫ simul z filiꝰ ꝯz solus. s. s. nec hij tres simul plus p̄nt ꝯz singulus eozum. qz oīpotentiaz quā hz pr̄ z filiꝰ accepit nascēdo. z. s. s. pcedēdo ¶ Qđ Augꝰ. rōibz z auctozitatibz pbabiliꝫ astruit in li. 3 Maximinū q̄ dicebat patrē potēciozē hac meliozez filio

¶ Qz nō minus p̄t filius ꝯz pater.

Nihil inquit patre

minꝰ hz ille q̄ dicit. oīa q̄ hz pr̄ mea sūt Nā si minꝰ hz in prāte aliqd ꝯz pr̄. nō sūt eiꝰ oīa q̄ hz pr̄. b eiꝰ sūt oīa q̄ hz pr̄ Tantā ḡ hz prātez filiꝰ ēntā pr̄. eqlis ḡ est pr̄i. Nō ei p̄t q̄ accepit inequal̄ ei ee q̄ dedit. Tu ār b de potēcia sapis ꝙ potēs sit filiꝰ. b potēcioz pr̄. vt pm doc trinā nr̄am potēs potente potuerit gignere. z nō oīpotēs oīpotentē. hz ḡ pr̄ oīpotentiā quā nō hz filiꝰ. Et si hoc ē. falsū ē qđ aut filiꝰ. oīa q̄ hz pr̄ mea sūt

¶ Hoc vez fatebaꝫ hęreticus de quo pgrediebatur ad falsa

Gz inquis Pater

a nemine potentiā accepit. filiꝰ ār a pr̄e Fateamur z nos filiū accepisse potentiam ab illo q̄ natꝰ ē potēs. pr̄i vo potētiam nullꝰ dedit. qz nullꝰ eū genuit. gignēdo em̄ dedit pr̄ potentiā filio. sic̄ oīa q̄ hz in sua substātia gignēdo dedit ei quē genuit de substātia. Gz ꝙr vtrū tantā ēntā ipsi est potentiā pr̄ filio dederit. an minoꝛē. Si tantā. nō solū potentē. b etiā oīpotētē genuisse oīpotēs intelligiꝫ Si vo minoꝛē. quō oīa q̄ hz pr̄ filiꝰ sūt Si pr̄is oīpotētia filiꝰ non ē nō oīa. pculdubio q̄ habet pr̄ filiꝰ sunt. at oīa filiꝰ sunt. oīpotētia ḡ pr̄is z filiꝰ ē nō est ergo pr̄ potēcioz filio

¶ Aliter. pbat filiū equalem patri

Item alio mō pro

bat filiū eqlē pr̄i ꝓtra Maximinū ita dicēs. Tu dicis ꝙ pater genuit filium minoꝛē seipso. in quo z patri derogas. qui filium vnicum minozem genuit. quia si minozem genuit. aut non voluit. aut non potuit gignere equa-

lem. Si dicas qz noluit. eñ inuidum eē dixisti. si autē non potuit. vbi est omni potentia dei patris. prorsus ad hunc articulū res colligitur. vt pater equalē sibi gignere filiū aut nō potuit aut noluit Si nō potuit. īfirm⁹. si noluit. iuid⁹ inuenitur. si vtrūq; hoc falsum⁹ est. patri igit filius verus equalis est. genuit ergo pater sibi equalem ⁊ ab vtroq; procedit vtriq; equalis spūssc̄is. Si eñ formā suā vt ait Aug⁹. ⁊tra eundem. pat in vnico filio gignere potuit plenā. nec trī plenā genuit. ꝫ minorē. cogimini p̄em inuidum dicere. plenū g̃ trī ⁊ equalē sibi genuit filiū.

Per simile ostēdit q nō minorē p̄ filium genuerit,

Hoc autē per simi

litudinem humanā ita esse demonstrat inquiens. homo pater si potuisset eqlez filiū genuisset. q̄s aūt audeat dicere q hoc omnipotens non potuit. addo etiaz qz si posset homo maiorem meliorēq; seipso gigneret filium. ſz maius vel melius deo quicq; esse non potest. Deꝰ ergo cur non equalem vt ais genuit filiū cui nec anni necessarij fuerūt. per quos adimpleretur equalitas. nec omnipotētia defuit. an forte noluit. ergo quod absit inuidit. sed nō inuidit. equalem ergo genuit filiū. Credam⁹ ergo ei filiū esse equalem.

¶ Opinionē hereticī ponit vt destruat

Bz forte dices eo

ipso maiorem patrē filio. quia de nullo genit⁹. genuit trī equalem Ad q̄d ego respondebo. immo ideo non est pat maior filio. qz equalē genuit. Origenis ei questio est ista. quis de quo sit. equalitatis autem qualis aut quantus sit. q̄d est dicere. Ad originem pertinet questio qua queritur quis de quo sit. ad equalitatem vero illa qua queritur qual' aut quantus quis sit. Nec cum dicitur filius a patre genitus ostenditur inequalitas substātie. ſ ordo nature. nō q̄ alt̄ prior esset altero. ſ q̄ alter ē ex altero. nō g̃ ſm ſ q̄ p̄ genuit. ⁊ fili⁹ genit⁹ ē. vel. s. s. ab vtroq; p̄cedit. equalitas vel inequalitas ibi exstit. qz non ſm ſ alia persona aliq; eqlis vel inequal' dr. Ecce equalitas trinitatis ⁊ vna eadēq; substātia q̄ntū breuit potuim⁹ demōstrata est in supioribꝰ. s. q̄lit aliq; triū psonaꝝ quālibet aliā. nec eternitate. nec magnitudine. nec potētia excellat

¶ Distinctio. xxi.

Queritꝰ quō possit dici sol⁹ pat'. vel solus fili⁹. vel solus spūssanctus. cuz sint inseparabiles.

Hic oritur questio

trahēs originē ex p̄dict. Dictū est eñ sup̄ q̄ tātus ē solus p̄. vel solus filius vel sol⁹ spūssanctus q̄ntū simul illi tres et q̄ due vel tres psone simul nō sunt maius aliq̄d q̄z vna sola. Ideo querit Aug⁹. in. vi. li. de tri. quō hec sane dici possint. cum nec pater sit solus. nec fili⁹ nec spūssanctus. sed semp inseparabilit̄. et filius cum patre. ⁊ pater cum filio. ⁊ spūssanctus cū vtroq; inseparabiles eñ sunt hē tres psone. Ad q̄d ita respondet Aug⁹. in eodem. Solum patrem dicimus. non quia separatur a filio vel a spūsancto. sed hoc dicentes significam⁹ qz illi sil' cū eo nō sunt pater. Sol⁹ eñ pat'. p̄ est. q̄d nō dr ipse sit solus. i. sine filio vel spūsancto. ſ p hoc filius ⁊. s. s. a paternitatis consortio excludūtur. Ita et cum dicitur solus filius. filius est. vl solus spūssanctus. spūssanctus ē. nō dicitur filius a patre. vel spūssanctus ab vtroq;. sed a consortio filialis proprietatis excludūtur pater ⁊ spūssc̄us et a cōsortio p̄cessibilis p̄prietat. excludūtur pater ⁊ filius. Cum ergo dicit tantus est solus pater quantum simul illi tres. per hoc quod dicitur solus. nō separatur pater ab alijs. sed hic est sensus. solus pater qui ita pater ē q̄ nec filius nec spūssc̄us. tāt⁹ ē ⁊c. Silr itel/

lige cū dr solus filiꝰ vel solus spūssc̄us Solꝰ g̃ pr̃ dr vt ait Augꝰ. in eodē. qz nō nisi ipē ibi pr̃ est. ⁊ solꝰ filius. qz nō nisi ipse ibi filius est. ⁊ solꝰ spiritussc̄us quia non nisi ipse ibi spiritussanctus est.

Atq; possit dici solus pr̃ est deus. solꝰ filius est deus. solus. s. est deus. vl̃ pr̃ est solus deus. filius ē solus deus. spūs sc̄us est solus deus

Post hoc queritur

vtrum sicut dicitur solus pater est pat̃ vel solus filius ē filius. ita possit dici solus pater est deus vel solus filius ē deꝰ ita ⁊ de spūsc̄o. aut pater est solus deꝰ filius est solus deus. Ad qđ dicimꝰ qꝫ pater ⁊ filius ⁊ spūsc̄us dr ⁊ est vnus deus. Et hec trinitas ꝓprie simul dr solus deꝰ esse. sicut solus sapiens solꝰ potens. g̃ nō videt debere dici a nob̄ vrb̄ nostr̄. vtēnib̄. nisi vbi sermo auctoritatis occurrit. solus pater est deus. vl̃ pater ē solus deus. ita de filio ⁊ spūsc̄o dicimus. Unde Augꝰ. in. vi. li. de tri. ait Qm̃ ostēdimus quō possit dici solꝰ pr̃ vel solus filius. ꝑsiderāda ē illa sententia. q̃ dr nō cē solū pr̃em deū vr̃z solū g̃ pr̃em ⁊ filiū ⁊ spūmsc̄m. Ecce habes qz nō solus pr̃ dicēdus ē cē solus vrꝰ deus. Itē in eodē si qs inꝛroget. pr̃ solus vr̃z sit deus. quō respōdebimꝰ nō cē. nisi forte ita dicamꝰ cē quidē ꝓprium deū. g̃ nō eū cē solū deū. cē ār solū deū dicamꝰ ꝓprium ⁊ filiū ⁊ spūmsanctum. Ecce ⁊ h̄ habes qz pr̃ nō dz dici solus deus. atqꝫ hic solum in ꝓte subiecti tm̃ accipe q̃daz volūt in ꝓte vo p̄dicati si sit ꝑcedūt qꝫ pr̃ est solus deꝰ. g̃ ex vbis Augu. videt ostēdi qꝫ ꝓprie solus deꝰ dici debeat tota trinitas. ⁊ h̄ trinitas vt ait Augꝰ ꝑ Maximinū intelligit cuz apls dicit. btūs ⁊ solus potēs. ⁊ ibi. soli sapiēti deo. ⁊ ibi. īmsibili soli deo. Nō em̃ h̄ de solo ꝓprie accipēda sunt. vt ꝛrē debat Maximinꝰ ⁊ alij hereticī. g̃ de trinitate. sic̄ ⁊ illō. solus hz īmortalitatē qz ꝑm rectā fidē ipsa trinitas ē vnꝰ solꝰ deus beatus. potēs. sapiens. inuisibilis. Unde Augꝰ. in eodem. Cum vnus deus sit trinitas. hec sit nobis solutō q̃stionis vt intelligamus solum deum sapientem. solum potentem. patrem ⁊ filium ⁊ spiritumsanctum qui est vnꝰ ⁊ solus deus.

Quomō trinitas dicatur solus deꝰ. cum ipsa sit cum spiritibus ⁊ animab̄ sanctis

Sed iterum queritur

quomodo ipsam trinitatem dicimꝰ solum deum. cum sit cum spiritib̄ ⁊ animabus sanct̄. Ad quod respondet Augustinus in. vi. li. de trinitate. ita dicēs. Trinitatē dicimus deum solum. cuius semper sit cum spiritibus ⁊ animabus sanctis. sed solum dicimus. quia non aliud q̃ ipsa trinitas deus est. Non em̃ illi cum illa deus sunt. vel aliqua alia. sed ipa trinitas tantum non illi vel alia deus est.

Et si dr solo patre ꝓdicta dicerent̄ non tamen excluderetur filius ⁊ spiritussanctus.

Verum vt ait Augustinꝰ. ⁊ si de deo solo patre ꝓdicta dicerentur. non inde excluderetur filiꝰ vel spiritussanctus scilicet quia hȳ tres vnum sunt. sicut in apocalipsi de filio legitur. qꝫ habet nomen scriptuz quod nemo scit nisi ipse. non em̃ inde separatur pater vel spiritussanctus. Et cum dicitur nemo nouit patrem nisi filius. non inde separatur pater ⁊ spiritussanctus quia inseparabiles sunt Aliquando etiam nominatur pater ⁊ filius. ⁊ tacetur spiritussanctus. vt veritas ad patrē loquens ait. vt cognoscant te et quem misisti Ihesum Christum esse vnum verum deum. cur ergo inquit Augustinus tacuit de spiritusancto. quia consequens est vt vbicūqꝫ nominatur vnꝰ. sicut pater ⁊ filius tāta pace vni adhe-

rens. intelligatur etiam ipsa pax. cuius non cōmemoretur. Uno ergo istorum nominato. etiam reliqui intelliguntur. quod in plurib⁹ scripture locis occurrit

¶ Distinctio. xxij.

¶ De noīm differentia quib⁹ vtimur loquentes de deo.

Post predicta dis

serendum nobis videtur de nominum diuersitate quibus loquentes de vnitate ac trinitate ineffabili vtimur. vnde ostendendum est quibus modis de ea aliquid dicatur. Illud ergo precipue teneamus quedaz esse nomina distincte ad singulas personas pertinentia. vt ait Aug⁹. in. li. ij. de tri. que de singulis trib⁹ dicuntur personis. Quedam vero vnitatem essentie significantia sunt que ꝺ singulis sigillatim ⁊ de omnibus cōmuniter dicuntur. Alia vero sunt q̄ translatiue ac per similitudinem de deo dicūtur. Unde Ambro. in. ij. li. de trini. ait. Quo purius niteat fides tripartita videtur veriuanda distinctio. Sunt enim quedam nomina que euidenter propetatem veritatis ostendunt. Et sunt quedam que perspicuam diuine maiestatꝭ exprimunt veritatem. Alia vero sunt q̄ translatiue per similitudinez de deo dicuntur. proprietatis itaq; indicia sunt. generatio. filius. verbum. ⁊ huiusmodi Unitatis vero eterne. sapientia. virtus vitas. ⁊ huiusmodi. Similitudinis vero splendor. character. speculum. ⁊ huiusmodi

¶ Premissis additur quedam esse nomina que tēporaliter de deo ⁊ relatiue dicuntur.

His adiiciēdum ē

quedam etiam nomina esse vt ait Augustin⁹ in. v. li. de tri. que ex tpe deo cōueniunt ⁊ relatiue ad creaturam dicūtur. quorum quedā de oīb⁹ dicūtur personis. vt dñs. creator. refugiū. quedaz āt nō de oīb⁹. vt donatus. dat⁹. missus

¶ De hoc nomine trinitas ait

Preterea est vnuz

nomē quod de nulla persona sigillatim dicitur. sed de omnib⁹ simul. s. trinitas quod non dicitur fm substantiam. sed quasi collectiuū pluralitatem designat personarum.

¶ De alijs nominibus que temporaliter deo congruūt. ⁊ non relatiue dicuntur

Būt etiam quedā

nomina que ex tempore ꝺo conueniūt. nec relatiue dicūtur. vt incarnatus. humanatus. ⁊ huiusmodi. Ecce sex nominum differentias assignauimus. quib⁹ vtimur loquentes de deo. de quibus singulis agendum est

¶ Or alia nomina que ad singulas psonas pertinent relatiue proprie dicūtur. ea vero que ad vnitatē essentie significantur ad se dicuntur ⁊ de singulis et de omnibus euidenter dicuntur personis. ⁊ singulariter. nō pluraliter in sūma capiūtur

Sciendus est ergo

ꝙ illa que proprie ad singulas pertinēt personas. relatiue ad inuicem dicuntur sicut pater et filius ⁊ vtriusq; donum spiritussanctus. Ea vero que vnitatem essentie significant ad se dicuntur. et que ad se dicūtur. substantialiter vtriq; dicuntur. ⁊ de omnibus cōmuniter et de singulis sigillatim dicuntur personis ⁊ singulariter. non pluraliter accipiuntur in sūma. vt de⁹ bonus. potens magn⁹. ⁊ huiusmodi. Que āt relatiue dicuntur. substantialiter non dicuntur Unde Augustinus in quinto libro de trinitate ita ait Quicquid ad se dicitur prestantissima illa ⁊ diuina sublimitas substātialiter ꝺr. Quod autē ad aliq̄d ꝺr. nō substātialr. ꝟ relatiue ꝺr. Quātaq; vis ē eiusdē substātie. i. pte. ⁊ fi. ⁊ s. s. vt q̄q̄d ꝺ singul' ad seipos ꝺr nō plu

raliter in sūma. sed singulariter accipia/
tur. Dicimus enī pater est deus. filius
est deus. z spiritussanctus est deus. qđ
ꝑm substantiam diuinam nemo dubi/
tat. non tamen dicimus hanc trinitatē
esse tres deos. sed vnum deum. Ita di
citur pater magnus. filius magnus. et
spiritussāctus magnus. non tamē tres
magni. sed vnus magnus. Ita z omni
potens pater. omnipotens filius. omni
potens spiritussanctus. non tamen tres
omnipotentes. sed vnus omnipotens.
Quicquid ergo ad seipsum dicitur de
et de singulis personis similiter dicitur.
et simul de ipsa trinitate. non pluraliter
sed singulariter. Et ꝙniam non est deo
aliud esse. z aliud magnuz esse. sed hoc
idem est illi esse quod est magnum esse
propterea sicut non dicimus tres essen
tias sic non dicimus tres magnitudi/
nes. sed vnam essentiam z vnam mag
nitudinem.

¶ Oz deus est magnus ea magnitudi
ne que ipse ē. sic z de bonitate z de om
nibus que ꝑm substantiam de deo di/
cuntur

Deus enim nō est magnus ea magnitudine que non est quod ipse. vt quasi particeps eius sit. Alioquin maioz esset illa magnitudo ꝙ deus. Deo autem non est aliq̄d ma ius. Ea ergo magnitudine magnus est que ipse est. Ideoq̄ non tres magnitu dines dicimus. sed vnam magnitudi/ nem. nec tres magnos. sed vnum mag num. quia non in participatōne magni tudinis de magn⁹ est. sed seipso mag no magnus est. quia ipse est sua magni tudo. Ita z de bonitate z eternitate z omnipotentia dei dicendum ē. z de om nibus omnino que ꝺ deo ꝓ̄t. ꝓ̄ncipaliꝝ substātialiꝝ quibꝫ ad seip̄m ꝺz. nō trās latiue ac per similitudinem. sed proprie si tamen de illo proprie aliquid ore ho minis dici potest Ecce aperte docuit ꝙ nomina vnitatez diuine maiestatis sig nificantia. z ad se dicuntur ꝺ deo. i. sine relatōe. z de oibꝫ psonis cōiter. z ꝺ sin gulis diuisim dicuntur. nec pluraliter. ꝫ singulariter in sūma accipiuntur Illa vero noia q̄ ꝓprie ad singulas pertinent psonas. relatiue nō substātialr dicunt. Qđ enī ꝓprie singula in trinitate perso na dicitur. vt ait Aug⁹. in eodē. nullo modo ad seip̄am. sed ad aliam inuicem vel ad creaturam dicitur. z ideo relati ue nō substantialiter dici manifestuz ē

¶ Distinctio. xxiij

¶ De hoc nomine quod est persona. quod cum ꝑm substantiam dicatur plu raliter non singulariter in summa acci/ pitur

Predictis adiicie dū est. qđ cū oīa noia q̄ ꝑm substantiā de deo dicūtur. singulariter z non plu raliter de oibꝫ in sūma dicant̄ personis. vt supza ostēsum est. est trī vnū nomen. s. psona qđ ꝑm substantiā ꝺz de singulis psonis. z pluraliter. nō singulariter in summa accipitur Dicim⁹ enī pater est psona. filius ē psona. s. s. est psona. z hoc ꝑm substantiā ꝺz. nō trī ꝺz pz z filius et spūs scūs sunt vna psona. ꝫ tres psone Hoc ḡ nomen excipit̄ a p̄dicta regula noīm q̄ ꝑm substantiā ꝺ deo dicunt̄ qz cū hoc ad se dicat̄ z ꝑm substantiā. plu raliter tamen non singulariter in sūma accipitur.

¶ Oz ām psona ad se z ꝑm substantiā dicat̄. est auctoritas.

Quod autez perso na ꝑm substantiā dicat̄ Aug⁹. ostēdit in. vij. de tri. dicens. Non est aliud deo esse. aliud psonā ee. ꝫ oino idē. Itē in hac trinitate cū dicim⁹ psonā pris non aliud dicim⁹ ꝙ substātiā pris Quocir ca vt substantia patris ipse pat̄ est non q̄ pz est. ꝫ q̄ ē. ita z psona pris ipe pz ē nō aliud ꝙ ipse pr̄. Ad se quippe dicat̄ persona non ad filium vel spiritumsāc/ tū. sicut ad se ꝺz de⁹ z magn⁹ z bonus

et iust⁹.⁊ huiōi Et quēadmodū hoc illi est esse qđ deum esse qđ magnuz.qđ bonuz esse.ita hoc est illi esse qđ psonā eē. Ecce expresse habes q persona fm substantiam dicatur. vt cum dicitur pater est persona.hic sit sensus.pater ē essentia diuina. Similiter cum dicitur filius est persona.spūsanctus est psona. id est essentia diuina.

¶ Cur pat̄ ⁊ filiꝰ⁊ spūsanctus nō dicantur vna persona.sicut vna substantia ⁊ vnus deus

Ideo orit̄ hic que

stio difficilis quidem sed non vtilis.q̄ queritur.cur non dicantur hi tres vna persona sicut vna essentia et vnus deꝰ deus. Quam questionē Augustinus diligenter tractat atq̄ cōgrue explicat. in. vij.li.de trinitate dicens. Cur non hec tria simul vnam personam dicimus sicut vnam essentiam ⁊ vnum deum.ꝑ dicimus tres personas.cum tres deos aut tres essentias non dicamus. Quia volumus vel vnum aliquod vocabulum seruare huic significatiōi qua intelligatur trinitas.ne omnino taceremus interrogati quid tres.cum tres esse fateremur. Cuz ergo queritur quid tres vt ait Aug⁹.in. v.li.de tri.magna prozsus inopia humanum laborat eloquiū Dictum est tamen tres persone.nō vt illud diceret̄.sed ne taceretur oīno.Nō em̄ rei ineffabilis eminentia hoc vocabulo explicari valz. Ecce ostendit qua necessitate dicatur pluraliter psone videlicz ⁊ ꝑ vno noie q̄rentib⁹ de tribus responderemus

¶ Qua necessitate dictuz est tres psone a latinis.⁊ a grec̄ tres ypostases vl substantie

Qua necessitate

non solum latinus sermo.sed etiaz grecus eadem pene super hac re laborans nominū penuria coartatur. Vñ Aug⁹. Quid a grecis vel a latinis necessitate de ineffabili trinitate dictum sit.aperiēs in. vij.li.de tri.ait.loquendi causa de ineffabilib⁹ vt fari aliquo modo possem⁹ dictū est a grecis. vna essētia tres substantie.i. vna vsia tres ypostases. Aliter em̄ greci accipiūt substantiam q̄ latini Latinus autem dictum est vna essentia vl substantia tres persone.quia non aliter in sermone nostro.i.latino essentia q̄ substantia solet intelligi Et vt intelligatur saltē in enigmate.placuit ita dici. vt cuz quereretur quid tria sint aliquid diceretur que fides vera pronunciat.cum ⁊ patrem non dicat esse filiuz et spiritumsanctum donum dei nec patrem dicat esse nec filiū. Cum ergo q̄ritur quid tria vel quid tres.conferimus nos ad inueniendum aliqđ nomen quo complectantur ꝑ tria.neq̄ occurrit aīo quia supereminentia diuinitatis vsitati eloquij facultatem excedit Alterius em̄ cogitatur deus q̄ dicatur.⁊ verius ē q̄ cogitat̄. Pater ergo ⁊ filiꝰ⁊ spūsanctus q̄m tres sunt. quid tres sunt queram⁹. quid etiam cōmune habeant. Non em̄ possūt dici tres patres.qz tm̄ pater ibi pater ē.nec tres filij cum nec pat̄ ibi sit filius nec spūsanctus.nec tres spūsci. quia spūsanctus ꝓpria significatōe.qua etiā donū dei dicitur.nec pz̄ est nec filiꝰ qđ ḡ tres. Si tres psone eē dicūt̄ cōe est eis id qđ psona est Certe em̄ qz pz̄ est persona.⁊ filius est persona.⁊ spiritussanctus est persona.ideo dicunt̄ tres persone.propterea ergo dicimus tres personas quia cōmune est eis id qđ psona est Ex predictis proprie intelligi potest.qua necessitate dictum sit a latinis tres psone cum persona fm substantiā dicatur. Vñ ⁊ tribꝰ cmune ē id qđ psona est

¶ Quare nō dicim⁹ tres deos cē patrem et filiū.⁊ spūmsanctū vt dicim⁹ tres psonas.cum id qđ deus est sit eis cōmune quia pz̄ est deus.filius ē deꝰ .spūsanctus est deus

arbitrantur accusam. sed tergiuersatõe damnabili in eodem loco vertunt vestigium vt putent mutatõnem fieri questionis mutatõne sermonis dicentes. quõ possunt ingenitus & genitus esse vnius nature atq; substantie Ergo vt respondeam mihi propposite questioni. ꝓmo omniũ in diuinis scripturis ingenitus nunq; inuenio. nõ legi. nõ audiui. Cuius ergo mutabilitatis sunt hoĩes huiusmodi vt dicant nos ea vsurpare que non sunt scripta. cum ea que sunt scripta dicamus. & ipsi obiciant quod scriptum non sit. Nõne ipsi sibi aduersantur & auctoritatem calumnie sue derogant. Attende lector qm̃ hoc noĩe ingenitus nolebat vti Ambro. propter hereticos ita & nos subticere quedam oportet propter calũniantium insidias que catholicas ac pijs lectoribus secure credi possunt. Sunt etenim quedaz que non tante sunt religionis & auctoritatis vt eis nos oporteat semper confitendo ac recipiendo inseruire. verum silentio preteriri queunt aliquando. nec illi⁹ tm̃ sunt quer̃itatis. q̃n cũ opportunũ fuerit eis vti libeat habeamus.

¶ An diuersum sit esse patrem & esse filium.

Preterea queri solet cum supra dictum sit. quia aliud est dicere ingenitũ & aliud prez. & ꝙ diuersum sit genitus & ingenitus. vtruz similiter diuersum sit esse patrem & esse filium. an idem. Ad quod dicimus quia ex eodem sensu quo dicitur diuersũ genitus & ingenitus. & quo dicitur nõ eẽ idem dicere genitum & ingenitum potest dici non esse idem. sed diuersuz eẽ patrem & eẽ filium. vel esse spũmsctm̃ qz nõ ea notõne pater est pater. q̃ fili⁹ est filius. vel qua spũssanctus est spũssãctus. Ideoq; ex hoc sensu concedim⁹ ꝙ aliud est esse patrez. & aliud est esse filium. quia alia est notio qua pater est pater. alia qua filius est filius. Sed si transponas vt dicas. aliud est patrẽ eẽ et aliud filium esse variatur intelligentia. & ideo non conceditur. Est em̃ sensus talis ac si dicatur. aliud est quo pat̃ est. nõ quidem pater. sed est aliud quo filius est. non quidem filius. sed est qõ penitus falsum est. Eo em̃ pater est. q̃ pater deus est. i. per essentiam vel naturam. ac filius eo deus est quo pater est deus. Eo igitur filius deus est quo pater est. Et ita idem est patrem esse et filium esse. sed non est idem esse patrẽ et eẽ filiũ. Vñ Aug⁹. in. v. li. d̃ tri. ait Quis diuersũ sit eẽ prez & eẽ filiũ. nõ est tm̃ diuersa substantia. quia ß nõ ꝑm substantiam dicitur. sed ꝑm relatiuum qõ tm̃ relatiuũ non ẽ accidẽs. quia non est mutabile. Ecce diuersum esse dicit esse patrẽ & eẽ filium. quod iuxta rationẽ p̃dictaz accipi oportz. quia. s. alia notio ẽ qua ẽ pat̃. alia q̃ fili⁹ ẽ filius. Non em̃ ꝑm eẽntiam pr̃ dr pr̃. vel fili⁹ fili⁹. ß ꝑm relationẽ.

¶ Quomodo dicatur sapiẽtia genita vel nata. an ꝑm relatiõem vel ꝑm substantiam.

Sciendũ quoq; ẽ ꝙ sicut solus filius dicitur verbum vel ymago. ita etiam ipse solus dicit̃ sapiẽtia nata vel genita. Et iõo queri⁹ vtr hoc relatiue dicatur Et si relatiue dicit̃ vtruz ꝑm eandẽ relationẽ qua dicitur verbũ & ymago. De hoc Aug⁹. in. vii li. d̃ tri. ait. Id dici accipim⁹ cũ dr v̄bũ ac si dicatur nata sapiẽtia. vt sit & fili⁹ & ymago. Et hec duo cũ dicũtur. i. nata sapiẽtia i vno cor. eo ꝙ ẽ nata. & v̄bũ et ymago & filius intelligatur. & in his oĩb⁹ noĩb⁹ nõ ostendatur eẽntia. quia relatiue dicũtur. At in altero qõ ẽ sapiẽtia etiaz eẽntia demõstrer̃. qm̃ & ad se dr. seipa em̃ sapiẽs ẽ. & hoc est ei⁹ eẽ quod sapere. Vnde pater & fili⁹ simul vna sapientia. quia vna essentia Caue lector qualiter intelligas qõ hic dicit Aug⁹. videtur em̃ hoc dicere ꝙ cũ di-

ĉtur nata sapientia. ibi sapia essentiam significet. ⁊ nata relationem notet qđ si ita est cogimur dicere essentiā diui/nam esse natā. qđ supioribꝫ repugnat. Sed ad hoc dicimus q̄ in altero .i. in eo q̄ nata est eadem notio intelligitur que notatur cū dicitur verbū ⁊ imago. in altero vero scz sapientia demonstratur essēcia. i. demonstratur q̄ filij sit essentia. qz sapientia ꝑm essentiam dicit Et iō cum dicitur nata sapientia. intelligitur q̄ ipse qui natus est essentia est ibi tamē sapientia nō ꝓo essentia. sed ꝓo ypostasi facit. vt sicut quando dicitur verbū vel filius intelligitur. ypostasis cū sua ꝓprietate. ita cum dicit nata sapientia. idē intelligitur. i. genita ypostasis. iō vigilanter ait idem esse intelligendū cum dicitur verbū. et cum dicit nata sapientia. i. eadē relatio eadenqz ypostasis cui inest illa ꝓprietas. Et ex hoc adiuuatur illud quod supra diximus. s. q̄ cum dicitur pater vel filius vel spūssc̄us. non tñ ille ꝓpꝛietates significātur. vt cū dicitur paternitas filiatio. sed etiā ypostasis cum suis ꝓpꝛietatibus.

Qz imago aliquādo dz ꝑm cēntiam.

Illud etiam sciri

oz qz cū supra dictū sit imaginē relatiue dici de filio sicut verbū vel filius. interdum tamen repitur ꝑm substam dici Unde Augu. in libro de fide dicit. q̄ vna est sancte trinitatis eēntialiter diuinitas. et imago ad quā factus ē homo. Hilarius in. v. libro de trinita. ait sic. Homo fit ad cōmunem imaginem nomen non discrepat. natura non differt. vna em̄ est ad quā homo creatus est species. Ex his verbis ostendit q̄ imago aliquādo intelligentiā essentie facit. ⁊ tūc ad se dicitur et non relatiue

Distinctio. xxix

De principio quod relatiue dicitur et multiplicem notat relationem

Est preterea aliud nomen multiplicē notans relationē. s. principiū. dicitur em̄ principiū sp ad aliquid. et dicitur pater principiū. ⁊ filius principiū et spūssc̄us principiū. sed differēter. Nam pater dicitur principiū ad filium et ad spm̄sc̄m. Unde Augu. in li. viij. de tri. ait. Pater est principium totius diuinitatis: vel si melius dz deitatis. qz ipse est a nullo. Non em̄ habet de quo sit vel de quo procedat. sed ab eo filius est genitus et spūssc̄us procedit. non igitur dicitur totius deitatis q̄ vel sui vel diuine eēntie principiuꝫ sit. sed qz principiū est filij ⁊ spūssc̄i. in quibꝫ singulis tota diuinitas est. Filius dicitur principium ad spm̄sc̄m. spūs vero scūs non dicit principiū nisi ad creaturas. ad quas etiā pater dicitur principiū. et filius et trinitas ipsa. simul et singula psona principium dicitur creaturaꝝ. Pater ergo principiū ē sine principio filius principiuꝫ de principio. spiritussanctus de vtroqꝫ. id ē de patre et filio

Qz ab eterno pater est principiū et filius. sed spūssanctus non. immo cepit esse principium

Et pat ab eterno

principiuꝫ est filij. et pater et filius principiū spūssancti. qz filius est a patre. et spūssanctus ab vtroqꝫ. Spūs vero sanctus nō ab eterno principium est fi esse cepit. qz non dicitur principium nisi ad creaturas. Cum ergo creature eē ceperint ⁊ spūssanctus esse cepit principium eaꝝ. Ita etiā pater et filius eē cepit cum spūsancto vnum principiuꝫ creaturarū. qz creature ceperūt esse a patre et filio ⁊ spūsancto. et dicunt̄ hi tres non tria. sed vnum principiuꝫ omnium creaturaꝝ. quia vno codēqz modo principium sunt rerū. Non enī aliter sunt res a patre et a filio. sed pem/

tus eodē modo. Ideo apostolus intelligens hanc trinitatem ee vnum pncipiū rerū ait. Ex ipo et p ipm et in ipo sunt oia. Cū vero omnia audimus ee ex eo. vt ait Augusti. de natura boni. oēs itaq naturas intelligere debem? et oia que naturaliter sunt. Nō eīm ex ipso sunt pctā. que naturaz non seruāt sed viciant. que ex voluntate peccantiū nascuntur. Quū ergo que naturaliter sunt vnum pncipiū est pater cū filio et spūsancto. et hoc esse cepit. Ab eo no aūt pater pncipiū filij est generatione. et pater et filius vnū pncipiuz spūsancti. Unde Augu. in. v. li. de trinitate ait. Dicitur relatiue pater ideq relatiue dicitur pncipiū. sed pater ad filiū dicitur. pncipiū vero ad oia que ab ipso sunt. Et pncipiū dicf filius. Cum eīm diceretur ei tu quis es. respō dit. pncipiū qui et loquor vob. Sed nunquid pncipiuz patris est. Imo creatoz se voluit ostendere cū se dixit ee pncipium. sicut et pater pncipiū creaturaz. qz ab ipso sunt oia Cum vero dicimus t patrē pncipiū t filium pncipiū. non duo pncipia creature dicimus. quia pater et filius simul ad creaturam vnū pncipiū est sicut vn? creator. Si autem quicquid in se manet gignit vel operatur. aliquid pncipium est eius rei quā gignit. vel eius quam operatur. non possumus negare etiam spiritumsanctum recte dici pncipium. quia non eum separamus ab appellatione creatoris. quia scriptū est de illo q operetur. t vtiq in se manens operatur. Non enim in aliquid eoz que operatur ipse mutatur et vertitur. Unum ergo pncipium ad creaturam cum patre t filio spirituscus ē. non duo vel tria pncipia. Ece aperte ostendit Augusti. patrem et filium et spiritumsanctum vnum esse pncipium rerū creatarum. id est vno et eodem modo esse pncipium et illum satis aperuit. quia salicz operantur omnia et quia simul operantur hi tres ideo simul vnum pncipium esse dicuntur

¶ Hic ostendit quomodo paf sit pncipium filij et ipse et filius pncipium spiritussancti.

Deinde in eodem

libro continue oñdit quomō pater dicatur pncipium ad filium et spiritumsanctum. et ipse et filius pncipiū spirituscā. dicens ideo patrem esse pncipium filij. qz genuit eum. t patrem et filium esse pncipium spūsancti. qz spūscūs procedit vel datur ab vtroq ait enim ita. Si gignens ad id quod gignit pncipium est. pater ad filiū pncipium est. quia genuit eū. Utrum autem et ad spiritumsanctum pncipiuz sit pater. quia dictum est de patre procedit. non parua questio est. Quod si ita est. non iam pncipium eius tantū rei erit quam gignit aut facit. sed etiaz eius quam dat et que procedit ab ipo Si ergo quod datur vel quod procedit pncipium habet a quo datur vel procedit. fatendū est patrem t filium pncipium esse spirituscancti. non duo pncipia. sed sicut pater t filius ad creaturam relatiue vnus creator et vnus dominus dicitur. sic relatiue ad spiritumsanctum vnum pncipium. Ad creaturam vero pater t filius et spirituscanctus vnum pncipium sunt. sicut vnus creator et vnus dominus. Ece habes q pater pncipium filij dicitur. quia genuit euz. Qua ergo notione est pater. ea pncipium filij dicitur. id est generatione. fm quam etiaz dicitur auctor filij. Unde Hilarius in quarto libro de trinitate ait. Ipso quo pater dicitur. eius quez genuit auctor ostenditur id habens nomen quod neqz ex alio profectum intelligatur. t ex quo is qui genitus est subsistit. esse doceatur. Novit ecclesia vnum innascibilem deum novit vnigenitum dei filiuz

confitetur patrem ab origine liberum: confitetur et filij originem ab initio nō ipsum ab initio. sed ab initiabili. non p seipsum. sed ab eo qui a nemine est natum ab eterno. natiuitatez scz ex patera eternitate sumentem. ¶ Edita est hec fidei pfessio. sed professionis ratio nōdum exposita est. ⁊ ideo querenda est scz quomō intelligendum sit quod ait filij originem esse ab initio. ⁊ non ipm esse ab initio. sed ab initiabili. hoc vtiqz subdens determinauit quomō accepit initium. inquiens originem filij esse ab initio. ac si diceret. nō ita intelligas originem filij esse ab initio. quasi ipse filius habeat initium. sed quia ipse filius est ab initiabili. i. a patre a quo sunt omnia Nam licet filius sit principium de principio. non est tamen concedenduz q filius habeat principium. ¶ Unqz filius sit principium de principio. ⁊ pater principium non de principio. non est principium de principio. principiū sine principio. sicut filius non ē pater. neqz duo tamen principia. sed vnum sicut pater et filius non duo creatores. sed vnus creator.

¶ Cum pater et filius sint vnum principium spiritussancti. queritur an eadē notione.

Vnum autem principium sunt pater et filius. non tm̄ creaturaz vt dictum est supra. sed etiā spiritussancti Ideo queri solet vtrum eadem notio pater sit principium spūssācti. et filius. an sit alia notio qua pater principiuz dicatur spiritussancti. et alia qua filius. Ad quod dicimus. cum pater dicatur principium spiritussancti et filius. quia spiritussanctus procedit vel datur ab vtroqz. nec aliter procedit vel datur a patre q̄z a filio. sane intelligi potest patrem et filium eadem relatione vel notione dici principium spiritussancti. Si vero queritur que sit illa notio quam ibi notat principium. nomē eius non habemus. sed nō est ipsa paternitas vel filiatio. immo notio q̄dam que patris et filij est qua ab eterno pater ⁊ filius vnum principium sc̄ spūssan. Donatoz autē vt predictum est dicitur pater vel filius ex tempore sicut spiritussc̄us datum vel donatum.

¶ Distinctio. xxx.

¶ De his que temporaliter de deo dicuntur et relatiue ꝑm accidens. q̄ non deo. sed creaturis accidūt.

Sunt enī que dam q̄ ex tempore de deo dicuntur. eiqz temporaliter conueniunt sine sui mutatione. et relatiue dicuntur ꝑm accidens. non qđ accidat deo. sed quod accidit creaturis. vt creator dominus. refugium. datum. vl donatum ⁊ hm̄oi. De his Aug̃. in. v. libro de trinitate ait. Creator relatiue dicitur ad creaturam sicut dñs ad seruum. Item non moueat q spiritussanctus cuz sit coeternus patri et filio. dicitur tamen aliquid ex tempore. velut hoipsuz quod donatum diximus Nā sempiterne spūs est donum. temporaliter aūt donatum. Et si dñs non dicitur nisi cum habere incipit seruum. etiam ista appellatio relatiua ex tempore est deo. Non em̄ sempiterna creatura est cuius ille dñs est. ergo dominuz esse non sempiternū habet. ne cogamur etiam creaturam sempiternam dicere. qz ille sempiterne non dñaret nisi etiā ista sempiterne famularetur Sicut autem non pōt esse seruus qui non habet dñm. sic nec dñs qui non habet seruū Sed hic aliquis dicet q̄ non ex tempe cōpetit deo hec appellatio qua dicitur dñs. qz non ē tantum dñs rerum que ex tempore ceperūt. sed etiam illi⁹ rei que non cepit ex tempore. i. ipsius temporis quod non cepit in tempore. qz nō erat tempus anteq̄z incāpet. ⁊ ideo non cepit esse dñs ex tempore Ad qđ dici potest quia licet non ceperit ex tē-

pore esse dominus cepit tamen esse dominus temporis. quia non semper fuit tempus. et ipsius hominis ex tempore cepit esse dominus. De hoc Aug. in eodem continue ita dicit. Quisquis extiterit qui eternum solum deum dicat. tempora vero non esse eterna. preter varietatem et mutabilitatem. sed tamen tempora non in tempore esse cepisse. quia non erat tempus anteq̃ tempora inciperent. et ideo nō in tempore acciderit deo vt dñs esset. q̃ ipse tempoꝝ dominus erat. que vtiq̃ non in tempore esse ceperunt. quid respondebit de homine qui in tempore factus est. cui? vtiq̃ dñs non erat anteqũ esset. certe vt dominus hominis esset ex tempore accidit deo. Et vt oīs ammoueatur controuersia. certe vt tui dñs esset vel meus qui modo esse cepimus ex tempore habuit. Quomodo ergo obtinebim? nihil ꝑm accidens dicī deum. nisi quia ipsius nature nihil accidit quo mutetur. vt ea sint accidentia relatiua. que cū aliqua mutatione rerū de quib dicuntur accidunt. sicut amic? relatiue dicitur. non em̄ amicus esse incipit nisi cū amare ceperit. fit ergo aliq̃ mutatio voluntatis vt amicus dicatur. Nummus vero cum dicat̄ pretium relatiue dicatur. nec tamen mutatus ē cū esse ceperit pretium. neq̃ cum dicitur pignus et huiusmodi. Si ergo nummus potest nulla sui mutatione toties dici relatiue. vt neq̃ cum incipit dici. neq̃ cum desinit aliquid in eius natura vel forma qua nummus est mutationis fiat. q̃to facilius de illa incōmutabili dei substantia debemus accipere. ꝙ ita dicat̄ relatiue aliquid ad creaturam. vt q̃uis temporaliter incipiat dici. non tamen ipsi substantie dei accidisse aliquid intelligatur. sed illi creature ad quā dicatur. Qualiter etiam refugium nostrū dicitur. Refugium em̄ nostrum dicatur deus relatiue. ad nos enim refertur. et tunc refugium nostrū fit cum ad eū refugimus. nunquid tunc fit aliquid in eius natura. quod anteq̃ refugeremus ad eum non erat. In nobis ergo fit aliqua mutatio qui ad eū refugiendo efficimur meliores. in illo aūt nulla. Sic et pater noster esse incipit cum ꝑ eius gratiam regeneramur. qui dedit nobis potestatē filios dei fieri. Substantia ergo nostra mutatur in melius cum filij eius efficimur. Similiter et ille pater noster esse incipit. sed nulla sue commutatiōe substantie. Deus ergo temporaliter incipit dici deus. qō antea non dicebatur: manifestū est relatiue dici. non tamē ꝑm accidens dei. ꝙ ei aliquid acciderit sed plane ꝑm accidens eius ad qō dici aliquid deus incipit relatiue. Ex his apte ostenditur. ꝙ quedā de deo temꝑaliter dicuntur relatiue ad creaturas sine mutatiōe dei tamen. sed non sine mutatione creature et ita accidens est in creatura. nō in creatore. et appellatio qua creatura relatiue dicitur ad creatorē relatiua est. et relationem notat que est in ipsa creatura. Appellatio vero illa qua creator dicit̄ ad creaturam relatiua quidē est. ꝑ nullam notat relationem que sit in creatore

¶ Hic soluitur questio quā querebat̄. an spūssanctus dicatur datum relatiue ad se cum ipse det se.

Hic pōt solui questio superius proposita. vbi querebatur cum spiritussanctus dicatur datum vel donatum. Quod autem datur refertur ad eum qui dat et ad illum cui datur. Et cum spiritussactus det seipsum vtrum ad seipsum relatiue dicatur. cum dicitur dari vel donari. Cui questioni respondentes dicimus spūmsanctum dici datū vel donatum relatiue. et ad dāte. et ad illū cui datur. dās aūt siue donator est pater cū filio. et spūscō nec tamē dicimus spiritūsanctū referri ad se

Sed appellatio dati vel donati refer/
tur et ad dantē et ad suscipientez.quia
non potest aliquid dici datum nisi ab
aliquo et alicui detur. Cum aūt spiri/
tussanctus dari ad se vel datus a se di
citur.relatiue quidem dicitur ad illum
cui datur. ⁊ est appellatio relatiua. ⁊ī
illo cui datur muratio fit.non ī dante.

¶ Distinctio.xxxi.

¶ Quomō dicatur filius equalis pa/
tri.an p̄m suasstantiam .an p̄m relatio/
nē.ita et similis

Deterea con
siderari oportet cū tres p/
sōe coequales sibi sint vtrū
relatiue hec dicantur .an p̄m substanti
am. Et si relatiue vtrū p̄m relationez
an p̄m ei⁹ essentiā consideranda sit equali
tas. Vnde quid sit ipsa equalitas Ad
quod dicimus.qz sicut simile sibi nihil
est. Similitudo enīz vt ait Hilarius si
bīpsi nō ē .ita et equale aliquid sibi nō
dicitur.ac p̄r hoc sicut simile ita ⁊ equa
le dicitur relatiue. dicitur ergo relatiue
filius equalis patri ⁊ vtriqz spūssanct⁹
Est tamen equalis patri filius ⁊ vtri/
qz spūssanctus,ꝓpter summā simplici/
tatem essentie ⁊ vnitatem.equalis est
ergo filius patri p̄m substantiā .nō p̄m
relationem. Vnde Augu.in li .v. de
trinita.ait. Querimus p̄m quid equa/
lis sit patri filius.non p̄m hoc ꝙ ad pa
trem dicitur filius equalis ē patri Re
stat ergo vt p̄m id equalis sit quod ad
se dicitur.quicquid aūt ad se dicāt p̄m
substantiā dicitur. Restat ergo vt p̄m
substantiam sit equalis. Eadem est er
go vtriusqz substantia. Item in. vij. li.
Satis est videre in illo modo filium
equalem esse patri si in aliquo. s.quod
pertinet ad significandum eius substā
tiam inequalis inuenitur. In omnib⁹
ergo equalis est patri filius .et est eius
dem substantie. Equalis est etiā spi/
ritussanctus⁊ in omnib⁹ equalis,ꝓter
summam simplicitatem illius substan/
tie Ex his p̄rspicuum fit ꝙ p̄m substā
tiam filius est equalis patri .et vtriqz
spūssanctus.⁊ appellatio tantum relati
ua est. Equalitas ergo patris⁊ filij nō
est relatio vel notio: sed,ꝓter nature
vnitatez indisparitas

¶ Hic quomodo dicitur similis ⁊ q̄d
sit similitudo

Hoc etia dicimus
de simili et de similitudine. Cum enim
dicitur filius similis patri.relatiue qui/
dem dicitur.sed similis est patri ꝓpt
ter vnitatem essentie. Est ergo appel/
latio tantum relatiua. Similitudo ve
ro est indifferens essentia. Vnde qui/
busdam non indocti videtur nomie e/
qualitatis. vel similitudinis non ad ali
quid poni.sed remoueri. vt ea ratione
dicat filius equalis patri.quia nec ma
ior est eo nec minor .⁊ hoc,ꝓpter vnita
tem essentie. Ita et similis dicatur. qz
nec diuersus.nec alienus.nec in aliquo
dissimilis.et hoc ꝓpter essentie sim/
plicitatem. Non ergo p̄m hoc ꝙ filius
est genitus a patre equalis vel inequa
lis est patri.nec similis vel dissimilis.ē
equalis et similis p̄m sūam

¶ De summa sancti Hilarij qua trini
tatem p̄sonaruz ꝓpriam ostēdit.

Non est hic prete
reundum ꝙ illustris vir hilarius ,ꝓprie
tates p̄sonaz assignans dicit eternit/
tatem esse in patre .speciem in imagi/
ne vsum in munere.que tante difficul
tatis sunt verba. vt in eoruz intelligē/
tia atqz explanatione vehementer la/
borauerit. Augusti. vt ipse ostendit in
sexto libro de trinitate ita dicens Qui
dam cum vellet breuissime singularuz
in trinitate p̄sonarum insinuare ꝓ/
prias eternitas ē inquit in patre .speciēs
in imagine . vsus in munere . Et quia
nō mediocris auctoritatis in tractatio
ne scripturarum et assertione fidei vir
extitit. Hilarius enim hoc in libris su/

is posuit. horŭ verborum. id est patris et imaginis et muneris. eternitatis. speciei et visus. abditam scrutatus intelligentiam quantum valeo. non eum sequutum arbitror in eternitatis vocabulo. nisi q̄ pater non habet patrem de quo sit. filius autem de patre est vt sit atq̄ vt illi coeternus sit. Imago enim se perfecte implet illud cui? imago est ipsa coequatur ei. nō illud imagini sue. in qua imagine speciē nominauit. Credo propter pulchritudinem vbi est tanta congruentia ⁊ prima equalitas. et prima similitudo. nulla in re dissidens et nullo modo inequalis quidem et nulla ex parte dissimilis. sed ap idemptitatē respondens ei. cuius imago est. vbi est prima ⁊ summa vita cui non ē aliud viuere ⁊ aliud esse. sed idē ⁊ primus ac summus intellectus. cui non ē aliud viuere et aliud intelligere. sed idem hoc est vnum tanq̄ verbum perfectum cui non desit aliquid. ⁊ ars quedam omnipotentis dei. ⁊ sapientis dei plena omnium rationum viuentium incommutablium. et omnes vnum in ea. sicut ipsa vnum de vno cū quo vnū ibi nouit omnia deus que fecit per ipsam. Est autem ineffabilis quidam cōplexus patris et imaginis qui non est sine perfruitione. id est sine charitate. sine gaudio. illa ergo dilectio. delectatio. felicitas vel beatitudo. si tamen aliqua humana voce digne dicitur. vsus ab illo appellata est breuiter. et est in trinitate spiritussanctus non genitus. sed genitoris genitiq̄ suauitas ingenti largitate atq̄ vbertate perfundens omnes creaturas pro captu earum. Itaq̄ illa tria et a seinuicem determinari videnť. et in se infinita sunt. Qui videt hoc vel ex parte. vel per speculuz et in enigmate. gaudeat cognoscens deum et gratias agat. Qui vero non videt. tendat per pietatem ad videndum. non per cecitatem ad calumniandum. quoniam vnus est deus sed tamen trinitas. Ecce habes qualiter verba Hilarij premissa accipienda sint. licet tante sint profunditatis vt etiā adhibita expositione vix aliquatenus ea intelligere valeat sensus humanus. cū et ipsa eorū explanatio quam hic Augu. edidit. plurimum in se habeat difficultatis et ambiguitatis

¶ Qr fm hanc expositionem non distinguuntur ibi proprietates personarum tres.

Non enim secūdū premissam expositionem distinguuntur hic tres ille proprietates superi? assignate. sed ipse yposta[s]es distincte ab inuicem monstrantur. Eternitatis tamen nomine eadem videtur designata ppietas. quam notat hoc nomen ingenitus. sed videamus quid sit qō ait Imago si perfecte implet illud cuius ē imago. ipsa coequatur ei. non illud imagini sue. Videtur enim dicere q̄ filius qui ē imago patris coequatur patri. nō pater filio. cuz et filius dicatur equalis patri in scriptura. et pater filio. sed filius hoc habet a patre vt sit ei equalis. pater autem non habet a filio. ⁊ tamen filius plene ac perfecte equalis est patri. i. imago ei cuius est imago

¶ Quare dicatur Hilarius proprietates personarum assignasse in verbis predictis. cum ibi non sint exprese proprietates

Propria ergo personarum in predictis verbis assignasse dicať Hilarius. qz relatiua noīa psonarū posuit. s. patris. imaginis. muneris. que relatiue dicuntur de psonis. ⁊ proprietates notāt quibz distinguunť psone. Ita enī dicitur spūssanct? munus relatiue. sicut donum veruntamē ipsas proprietates alijs tribz noibz nō signauit iuxta predictam augustini expositionem. nisi solo nomine eternitatis. quo non ipsam paternitatem. sed

eam voluit intelligi notionem qua dicitur ingenitus.

¶ Hilarius in libro de synodis.

Imago ei⁹ ad quē

imaginatur species indifferens ē. Nec enim ipse sibi quisq; imago est. sed eius cuius imago est. necesse est vt imago demonstret. Imago ergo est rei ad rē coequandam et imaginata ⁊ indiscreta similitudo. Est ergo pater. est et filius. quia imago patris est filius. ⁊ qz imago est vt rei imago sit. speciem necesse est et naturam ⁊ essentiam ꝺm q̄ imago est in se habeat auctoris.

¶ Hilarius in libro de synodis.

Si quis innascibilem

et sine initio dicat filiū. quasi duo sine p̄cipio et duo innascibilia. ⁊ duo innata dicens duos faciat deos. anathema sit. caput enim quod est principium omnium creaturarum filius. Caput autem quod est principium christi deus. Sicut enim ad vnum initiabile omnium creaturarum initium per filiū vniuersa referimus. filium innascibilē confiteri impiissimum est. Ideo enim non erit vnus deus. qz vnum deum p̄dicari. natura vnius innascibilis dei exigit. Cum ergo vnus deus sit. duo innascibiles esse non possunt. cum idcirco vnus deus sit et filius dei deus sit. qz innascibilitas sola penes vnum sit. filiꝰ idcirco deus. quia ex innascibili essentia natus existat. Caput enim omnium filius est. sed caput filij deus ē. ⁊ ad vnū deum omnia hoc gradu ⁊ hac confessione referuntur. cum ab eo sumant. vniuersa principium cum ipse principium sit. Idem in eodem. Omnibus creaturis substantiam voluntas dei attulit. sed naturā filio dedit ex impassibili ac non nata substantia perfecta nativitas. Talia enim cuncta creata sunt qualia esse deus voluit. Filius enim natꝰ ex deo talis subsistit. qualis et deus est nec dissimilem sui edidit naturam natura. sed ex substantia dei genitus. nature ꝺm originem attulit essentiā. non ꝺm creaturas.

¶ Qz earundem personarum distinctionem notat Augustinus aliis verbis sine expressione triuim proprietatum.

Illud etiam sciri

oportet q̄ earundem trium personarum distinctionem Augustinus ostendere volens sine expressione illarum trium proprietatum superius commemorata ⁊ in .i. li. de doctria christiana sic ait. In patre est vnitas. ī filio equalitas. in spiritusancto vnitatis equalitasq; concordia. Et tria hec vnum omnia propter patrem. equalia omnia p̄pter filium. connexa omnia propter spiritumsanctum. Itaq; pater et filius ⁊ spiritussanctus ⁊ singule horum deus est. et simul omnes vnus deus. ⁊ singulus quisq; horum plena substantia est. et simul omnes vna substantia. pater nec filius est nec spiritussanctus. filius. nec pater est nec spiritussanctus. spiritussanctus nec pater est nec filius. sed pater tantum pater. ⁊ filius tantuꝫ filius. et spiritussanctus tantum spiritussanctus. Eadem tribus eternitas. eadem incommutabilitas. eadem maiestas. eadem potestas. In his verbis aperte insinuatur personarum trīū distinctio

¶ Quare patri attribuitur vnitas ⁊ filio equalitas

Sed plurimos mouet

q̄ patri attribuit vnitatem. filio equalitatem. Cum enim vnitas dicat̄ ꝺm substantiam. non tantum in patre est. sed in filio et spiritusancto et equalitas vna ē patris ⁊ filij et spiritussancti. Cur ergo patri attribuitur vnitas et filio equalitas. Forte eadem ratiōe

attribuit patri vnitas ſm Augu. qua ſupza eidem eternitas ſm Hilariũ. qz videlicet pater eſt. vt ab alio non ſit. et qz filium genuit vnum ſecum deum et ſpiritumſanctus ab eo pzocedit vnus cum eo deus. Vnitas ergo in patre dicatur eſſe. quia nec eſt aliud aliquid a q̃ ſit. Non enim ab alio eſt. nec ab eo aliquid vel aliquis eſt ab eterno. qđ vnũ cum eo non ſit. Filius enim et ſpiritusſanctus vnum ſunt cum patre. Vnde veritas ait. Ego et pater vnum ſumꝰ.

¶ Quare pater et filius dicatur eſſe vnum vel vnus deus. ſed non vnus. qz res eiuſdem nature recte poſſunt dici eſſe vnum ſimpliciter et cũ adiectione. res vero diuerſe nature non poſſũt dici vnum. niſi dicatur quid vnum.

Hic dici oportet qđ pater et filius et ſpũſſcũs recte dicũtur eſſe vnũ et vnus deus ſed nõ vn? Res eñ due vel plures recte dici poſſunt vnum eſſe. ſi ſint vnius eſſentie. et eaꝫ vna ſit natura. vnus autẽ vel vna non poteſt dici de diuerſis rebꝫ niſi addatur. quid vnus vel vna. Quo addito recte põt dici de rebus et vnus et diuerſe ſubſtantie. Vnde Auguſtinus in vi. libzo de trinitate ait ſic Neſcio vtrũ inueniatur in ſcripturis dictum. vnum ſunt. quoꝫ eſt diuerſa natura. Si autem et aliqua plura eiuſdem nature ſit et diuerſa ſentiant. non ſunt vnum inq̃ztum diuerſa ſentiunt. Cum ergo ſic dicitur vnum vt addatur. quid vnum et plura vnum dicuntur. eadem natura atq̃ eſſentia non diffidens neq̃ diſſentiens ſignificatur. Vnde paulus et appollo qui et ambo homines erant. et idem ſentiebant vnum eſſe dicuntur. cum dicitur. Qui plantat et qui rigat. vnum ſunt. Cum vero additur quid vnum. poteſt aliquid ſignificari ex pluribus vnum factum q̃uis diuerſis natura. ſicut anima et cozpus non poſſũt vtiqꝫ vnum dici. quid enim ramdiucr ſum. niſi addatur vel ſubintelligatur q̃d vnum. id eſt vnus homo. Vnde apoſtolus. Qui adheret inquit dño vnus ſpiritus eſt: non dixit vnus eſt vel vnũ ſunt. ſed addidit ſpiritus. diuerſi enim ſunt natura ſpiritus hominis et ſpiritus dei. ſed in hzrendo fit ſpiritus homínus vnus ſpiritus cum deo. quia particeps fit veritatis beatitudinis illius. Si ergo de his que diuerſe ſubſtantie ſunt recte dzr q̃ ſint vnus ſpũs q̃zto magꝫ q̃ vnius ſbe ſt rẽ dicũt vnꝰ dr? eẽ. Pr̃ ergo et filius vnum ſunt vtiqꝫ ſm vnitatem ſubſtantie. et vnus deus In quo arziana hereſis damnatur que patrem et filium et ſpiritumſanctum. vt ait beatus Auguſtinus in libzo de hereſibus non vult eſſe vnus eiuſdemq̃ ſubſtãtie atq̃ nature. vel vt expreſſius dicatur eſſentie. que grece dicitur vſia. ſed filium eſſe creaturam. necnon et ſabellianꝰ qui vt Auguſtinus ait in eodem libzo dicebat chriſtũ eundem ipſum et patrem et ſpũm. ſcz eẽ vt eſſet trinitas nominum ſine ſubſiſtẽtia perſonarum. Vtranq̃ peſtẽ vt ait Auguſtinus ſuper Johannem elidit veritas dicens. Ego et pater vnum ſumus. vtrunq̃ audi et aduerte et vnuꝫ ſumus et a caribdi et a ſcilla liberaberis. qđ enim dixit vnũ liberat te ab arzio. qđ dixit ſumꝰ liberat te a ſabellio. Si vnũ ergo non diuerſuꝫ. Si ſumus ergo et pater et filius. ſumus enim non dicerꝫ de vno. nec vnum de diuerſo. Erubeſcant ergo ſabelliani qui dicunt ipſum eẽ patrem qui eſt filius confundentes perſonas. qui et dicti ſunt patripaſſiani. quia patrem fuiſſe paſſum. Arziani vero dicunt aliud patrem eſſe. aliud filiũ. non vnam ſubſtantiã. ſed duas patrẽ enim maiozem. filiuꝫ minozẽ Noli ꝫ dicere tu catholice In medio g̃ nauiga. vtrũq̃ piculoſũ lat? deuita et dic pater pater ẽ. et filius filius eſt. ali?

pater.alius filius.sed non aliud.immo hoc ipsum quia vnus deus. Ecce ostensum est quare vnitas esse in patre dicatur.cum tres illi vnum sint

Quare dr eqlitas ee in filio cū sit vna equalitas triuz

Nūc videam⁹ qre

equalitas dicatur esse in filio.cum vna et summa sit equalitas trium.hoc ideo forte dictum est.quia filius genit⁹ est a patre equalis gignenti ⁊ dono.quod ab vtroqz procedit.⁊ ideo illa tria dicuntur esse equalia propter filium. Filius enim habet a patre vt sit ei equalis ⁊ spiritussancto.spiritussanctus ab vtroqz habet.vt sit equalis vtriqz. hic autem sine assertionis superalio ⁊ maiozis intelligentie p̄iudicio.dicim⁹ malentes in apertione tam clauſozum sermonuz peritiozes audire q̄z alīs aliqd influere.

Quare in spūsco dr ee vtusqz pcoz dia vel pnexio.

Quod autez in spi

rituſancto dicitur esse vtriuſqz concoz dia.⁊ per eum omnia connexa. facilioz est itelligentia nobis.premiſſa ad mētem reuocantibus. Supza em̄ ꝓm auctozitates ſanctozum dictum est ꝙ spirituſſanctus amoz est quo pater diligit filium.⁊ filius patrez. Recte igitur spirituſſanctus dicitur connexio vel concoz dia patris ⁊ filij.⁊ per eum omnia cōnexa. Unde Augustinus in decimoqnto libzo de trinitate Cōmunio quedaz consubſtantialis patris ⁊ filij est amborum spir⁹. Idem in ſeptimo libzo de trinitate. Spiritus est ſumma charitas vtrunqz conungens.noſqz subiūgens.

Hylarius in libzo de ſynodis.

Min⁹ forte expreſ

ſe videtur de indifferenti ſimilitudine patris ⁊ filij fides locuta esse.cum de patre ⁊ filio ⁊ ſpirituſancto ita ſenſerit ſignificatam in nominibus ꝓpziam vniuſcuiuſqz nominatozum ſubſtantiam ⁊ ozdinem ⁊ gloziam vt ſint quidem per ſubſtantiam tria.per conſonantiam vero vnū.volens igitur congregata ſāctozum ſinodus impietatem eam pzimere:que vnitatem patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti nominum numero elideret. vt non ſubſiſtente cauſa vniuſcuiuſqz nominis triplex nuncupatio obtineret ſub falſitate nominum vnionem.⁊ pater ſolus atqz vnus idem ⁊ ipſe haberet ⁊ ſpirituſſancti nomen ⁊ filij. Idcirco tres ſubſtantias esse dixerunt ſubſiſtentium perſonas.per ſubſtantias educentes.non ſubſtantiā patris ⁊ filij diuerſitate diſſimilis eſſentie ſeparantes

Quod autem dictum est. vt ſint quidem per ſubſtantiam tria.per conſonantiam vero vnum.non habet calumniaz quia cōnominato ſpiritu id est paracito conſonantie potius q̄z eſſentie per ſimilitudinem ſubſtantie pzedicari conuenit vnitatem. Idem in eodem. Cū deum patrez confitemur.⁊ Chriſtum dei filium pzedicamus.⁊ inter hec duū dezum ſit irreligioſa confeſſio.non poſſunt ꝓm nature indifferentiam ⁊ nomē indifferens non vnum esse in eſſentie genere.quozum eſſentie nomen nō licet esse niſi vnum.vt vnica ac ſingularis dei ſubſtantia per vnionem nominis intelligatur.cum vtriuſqz eſſentie nomen vnum id est deus vnus ob indiſcrete in vtroqz nature indiſſilez ſubſtantiam pzedicetur.

Diſtinctio.xxxij

Utrum pater vel filius ſpirituſancto diligat.cum diligere idem do ſit qđ esse

Nc ozitur que

ſtio ex p̄dcis deducta. Bcm̄ e em̄ ſupza.atqz ſanctozū auctozitatibꝫ

ostensum. q̄ spiritussanctus est cōmu/nio patris ⁊ filij. ⁊ amor quo pater et filius inuicem se diligunt. Ideo queri/tur vtrum pater vel filius per spiritum sanctum vel spūsancto se diligat. Qđ itaq; videtur oportere dici ꝑm auctoritates supra positas. quibus ostendi/tur spiritumsanctum esse. quo genitus a gignente diligatur. genitorēq; suum diligat. Sed econtra si pater vel filius dicatur diligere per spiritumsanctum. diceretur ee per spiritumsanctum. quia non est deo aliud esse. ⁊ aliud diligere sed idem. quia vt ait Augustinus in de cimoquinto libro de trinitate. Quicq̄d ꝑm qualitates in illa simplici natura dici videtur ꝑm essentiam est intelligendum. vt bonus. magnus. imortalis. sapiens. diligens. ⁊ huiusmodi. Ideoq; si pater vel filiꝰ diligit per spiritumsāctum. per ipsum spiritum esse videtur. neq; tantum essentia sua diligit. ꝑ etiā dono.

¶ Hec questio insolubilis est humanū superans sensum. in q̄ auctoritates sibi occurrunt

Huic questioni cū

altitudinem nimie profunditatis contineat id solum respondemus quod Augustinꝰ significare videtur scilicet q̄ pater ⁊ filius se diligant ⁊ vnitatem seruent. nō solū essentia sua. sed suo dono proprio. quod licet supra posituꝫ sit. iterare tamen non piget. quia sic expedit. ait ei in sexto libro de trinitate ita Manifestum est q̄ non aliquis duorum ē quo vterq; coniungat quo genitꝰ a gignente diligatur. genitoremq; suum diligat. suntq; non participatōne. sed eēntia sua. neq; dono superioris alicuius ꝑ suo, ꝓprio seruant vnitatez pacis. Ecce hic dicit q̄ essentia sua ⁊ dono suo seruant vnitatē Idem in decimoquinto li. de trinitate. In illa trinitate quis audeat dicere patrē nec se nec filium nec spiritumsanctum diligre. nisi per spiritum sanctum. Hic aperte ostendit patrē nō tantum per spiritumsanctum diligere. non ät simplicit dicit ꝓrem nō diligere ꝑ spūmsanctum.

¶ Utrū pater sit sapiens sapiētia quā genuit sicut diligit amore qui ab ipso procedit.

Preterea iuestiga

ri oportet diligenter. vtruꝫ pater sit sapiens sapientia quam genuit que tm̄ filius est. quod videtur a simili posse ꝓbari. Si em̄ pater diligit amore qui ab ipso procedit. cur non ⁊ sapientia ⁊ intelligentia quam genuit. sapit ⁊ intelligit. Hanc questionem vrgere videtur vt ait Augustinus in septimo libro de trinitate qđ scripsit apostol9 dicēs christum dei virtutē ⁊ dei sapientiam Ubi queritur vtrum ita sit pater sapientie ⁊ virtutis sue. vt hac sapientia sapiēs sit quaꝫ genuit. ⁊ hac virtute potens quā genuit. sed absit vt ita sit. quia si hoc est ibi esse quod est sapere. non per illaꝫ sapientiam quam genuit sapiens est pater. alioquin non ipsa ab illo. sed ille ab ipsa est. Si enim sapientia quam genuit. causa est illi vt sapiēs sit. etiam vt sit ipsa illi causa est. quod fieri non potest nisi gignendo euꝫ aut faciendo. sed nec genitricem nec conditricem patris vllo modo quisq; dixerit sapientiam. quid enim est insanius. ergo pater ipsa sapientia est qua sapiens est. filius vero dicitur sapientia ⁊ virtus patris. non q̄ pater per eum sit sapiens vel potens. ꝑ quia filius sapientia ⁊ virtus est de patre sapientia ⁊ virtute. Ex his ergo patet. q̄ pater non est sapiens sapiētia genita sed seipso sapientia ingenita

¶ Utr̄ filiꝰ sapiēs sit sapiētia ingenita vel genita

Post hoc queri so

let a q̄busdā. utr̄ filiꝰ sit sapiēs sapia genita vl ingenita. Si em̄ nō ē sapiēs sa/

pientia genita nec seipso sapiens est Si vero sapientia genita sapiens est. nō videtur esse sapiens sapientia ingenita. et ita non videtur esse sapiens a patre. cū a patre habeat oīa Ad quod dicim? quia vna est sapientia patris et filij et spiritussancti. sicut vna est essentia. quia sapientia in illius nature simplicitate est essentia. et tamen filius tantum est sapientia genita. et pater tantum sapientia ingenita. et sapientia genita est de sapientia ingenita vel a sapientia ingenita Et cum idem sit ibi esse quod sapientē esse. relinquitur vt sapientia genita sit sapiens de sapientia ingenita. vel a sapientia ingenita. Non ergo filius dicitur sapientia dei. tanq̄ ipse solus sit intelligens vel sapiens sibi et patri et spiritui sancto. quia vt ait Aug?. in. xv. li. de tri. Si solus ibi filius intelligit sibi et patri et spiritui sancto. ad illam redditur absurditatem. vt pater non sit sapiens de se ipso. sed de filio. nec sapientia genuit sapientiaz. sed ea sapientia pater dicatur sapiens esse quā genuit Ubi enī non ē intelligentia. nec sapientia esse potest. Ideoq̄ si pater non intelligit ipse sibi. sed filius intelligit patri profecto filius patrem sapientem facit. Et si hoc ē deo esse quod sapere. et ea illi essentia est q̄ sapientia. non filius a patre. quod verū est. sed a filio potius pater habet essentiam. quod absurdissimum est atq̄ falsissimum est. Est ergo deus pater sapiens ea que ipse est sapientia sua. et filij sapientia patris est sapiens de sapientia que est pater. de quo est genitus filius Ita et pater est intelligens ea que ipe est sua intelligentia. non enī esset sapiens qui non esset intelligens. filij ār intelligentia patris. de intelligentia genitus est que est pater. de qua intelligens est. proinde pater est sapientia. et filius sapientia. et vterq̄ vna sapientia et tamen solus pater est ingenita sapiētia. et filius est genita sapientia. nec tamen alia sapientia pater. alia filius. sed vna eadēq̄z est. sicut pater est deus ingenitus. et filius est deus genitus. neq̄z deus genitus est deus ingenitus. nō tamē ido alius deus est pater. alius filius. et vnus deus vterq̄z. non autem vnus. alius est enī genitus. alius ingenitus. et non alij? de?. imo vterq̄z vnū siue vn? deus. ita non est sapientia genita sapiētia ingenita. sed alia est sapientia genita. alia ingenita. nō est tamē alia sapia. sed vna eadēq̄z sapientia.

¶ Augustinus in libro. lxxiij. questionum.

Luz sapiēs dicitur

et sapientia dicitur. sine qua eum vel fuisse aliquando vel esse posse nephas est credere. non participatiōe sapientie sapiens dicatur. sicut anima que esse et non esse sapiens potest. sed q̄ eam ipse genuerit qua sapiens dicitur sapientiā Animaduertere lectoz. patrez dicit sapientez genita sapientia. quod alijs obviat testimonijs. Uerum hoc Augustinus cozrigit in libro retractionum in quiens. Dixi in libro. lxxiij. questiouū de patre. q̄ eam ipse genuerit qua sapiens dicatur sapientiam sed melius istā questionem in libro de trinitate postea tractaui.

¶ An filius sit sapiens a seipo vel per seipsuz

Ex predictis con

stat q̄ filius non est sapiens a se neq̄z de se. sed a patre et de patre. Queri ār solet. vtrum filius sit sapiens seipso vel per seipsum. Quidā dicunt hic fieri mūltiplicem intelligentiam. et ideo distinguendum foze ita. Et cum dicis filiuz esse sapientem seipso vel per seipsum. si sui natura et essentia sapientem intelligas verus sit intellectus. Si vero a seipo vl' de seipo sapientē eē itelligas. falsitati subiectā habes intelligētiā. Alij po simplicit' et absq̄z determinatōe q.

cedunt huiusmodi locutōnes. filius est sapiens per se. sed non a se vel de se Et filius est deus per se. & est per se. & non a se vel de se. hoc confirmantes verbis Hila. qui filium non a se. sed per se agere in. ix. lib. de tri. ait Natura inquit cui ptradicis hcretice hoc vnitas est. vt ita per se agat filius. ne a se agat. & ita non a se agat vt per se agat. Intellige filiū agentem. & per eum patrem agentem. Non a se agit cum pater in eo manere monstretur. per se agit cum ℔m nativitatem filij agit ipse que placita sunt Infirmus sit non a se agendo nisi a deo ipē agit. Non sit vero in vnitate nature si que agit in quibus placet non per se agit. Sicut ergo inquiunt filius per se agit. sed non a se. ita filius debet sapiens dici per se. sed non a se. sic & per se dē vel esse dicendus est. vt aiunt. sed non a se vel de se.

¶ An vna trīm sit sapientia patris.

Post hoc a quibus

dam queri solet. vtrum vna trīm sit sapientia patris qō nō eē nituntur hoc mō ꝓbare. Filius inquiunt est sapiētia patris genita. qua pater sapiens non est. Est igitur aliqua sapientia patris qua sapiens non est. est autē & sapientia patris ingenita. & ea pater sapiens ē. Est ergo quedam sapientia patris qua sapiens est. & ipsa non est illa sapiētia patris qua pater sapiēs non est. Non est ergo trīm vna sapientia patris. Item sapientia ingenita est sapientia patris. & sapientia genita est substātia patris Nō est autē sapientia ingenita sapientia genita. Non igitur vna sapientia trīm sapientia patris Hec & his similia tanqꝫ sophistica & a veritate longinqua. cuncti in theologia peritis patientia abijcim? responso indigna aduertentes. id tamē adijcientes. quia vna est tantum sapiētia patris. sed non vno modo dicitur. Nam sapientia patris dicitur illa quā ipse genuit. & sapientia patris dicitur illa qua sapiens est. diuersa est ergo ratio dicti Illa enim dei patris. quia eam genuit. & ea dicitur patri quia ea sapit. Una tamen sapientia patris. quia sapientia genita est eadem sapiētia & ea qua sapiens est siue ea qua sapiens est intelligatur persona patris siue essētia patris. quia persona patris que intelligitur cum dicitur sapientia ingenita. & persona filij que significatur cum dicitur sapientia genita. vna eadenqꝫ sapientia est. que essentia diuina intelligit cōis tribꝰ psonis.

¶ Et in trinitate est dilectio que ē trinitas & tamen spiritussanctus est dilectio que non est trinitas. nec ideo due sunt dilectiones. ita & de sapiētia

Et sic i trinitate di

lectio ē q̄ est pr̄ filius & spiritussanctus que est ipa essentia deitatis. & tamē spiritussc̄tus dilectio est. que non est pater vel filius. nec ideo due dilectōnes sunt in trinitate. quia dilectio que ꝓprie spiritussanctus est. est dilectō que trinitas est. non tamen ipsa trinitas est sicut spiritussanctus est essentia. que trinitas est. non tamē ipse trinitas est. ita in trinitate sapientia est que pater est. et filius & spiritussanctus. que est essētia diuina. & tamen filius est sapientia. que non est pater vel spiritussc̄? nec ideo due sapientie ibi sunt. quia sapientia que ꝓprie est filius. est sapientia que ē trinitas. ipse tamē non est trinitas.

¶ Qua ratione pater non dicitur sapiens ea sapientia quam genuit. eadē videtur debere dici q̄ non sit diligens pater vel filius dilectione que ab vtroqꝫ ꝓcedit

Preterea diligen

ter notandum est. q̄ ea ratione qua pater non dicitur sapiens sapientia quam

genuit. videtur forte dicēdum q̄ pater non diligat filiū vel filiū patrem ea dilectione que ab vtroq̄ procedit. saliēq̄ que proprie spiritussanctus est. Sicut enim idem est deo sapere quod esse. ita idē est diligere quod esse. Ideo sicut negat̄ pater esse sapiens sapientia quā genuit. quia si ea diceretur sapiens. nō ipsa ab eo. sed ipse ab ea intelligeretur esse. ita videtur non debere dici q̄ pater vel filius diligat dilectione que tantum spiritussanctus est. quia si ea diligit pater vel filius. non spiritussanctus videtur esse a patre & filio. sed pater & filius a spiritusancto quia idem est ibi diligere quod esse. Ait supra dictum est. atq̄ auctoritate Augustini sanctitum. q̄ in trinitate tria sunt. vnus diligens eū qui de illo est. & vnus diligens cum de quo est. & ipsa dilectio. & non est aliq̄s duorum quo genitus a gignente diligitur. & genitorem suum diligit. quibus verbis aperte significatur patrem filium. & filium patrem diligere ea etiam dilectione que non est aliquis eorum. sed tantum spiritussanctus. Cum igitur idem sibi sit diligere quod esse. quomodo dicitur pater vel filius non esse ea dilectione. q̄ alt̄ alterū diligit. cū ideo p̄ negetur sape sapiētia quā genuit ne ea eē intelligatur.

¶ Questio inexplicabil' est q̄ excellit infirmitates hoīs

Difficile ē mihi fateor hanc soluere questionem. precipue. cum ex predictis oriatur que similem videntur habere rationē. quod nostre intelligentie attendens infirmitas turbatur. cupiens magis ex dictis sanctorum referre q̄ afferre. Optimus enim lector est inquit Hylarius in primo libro de trinitate. qui dictorum intelligētiam expectet ex dictis potius q̄ imponat. & retulerit magis q̄ attulerit. neq̄ cogat id iudei dictis contineri. quod ante lectionem presumpserit intelligendum Cum igitur de rebus dei sermo ē concedamus deo sui cognitionem dictis q̄ eius pia veneratione famulemur Inuestiget ergo diligenter pius lector dictorum rationem. si forte dictorum aliquam valeat reperiri causam. quā nota premissa questio aliquatenus explicari valeat. Ego autem questiōem nō absoluens. sed errorem excludens. profiteor. non ita dictum esse patrem diligere filium. vel filium patrem ea dilectione que ab vtroq̄ procedit. que non est aliquis eorum. sed tantum spiritussanctus tanq̄ ea dilectione pater sit vel filius. sed sic ea pater diligit filium & filius patrem. vt etiam pater per se ea q̄ ipē est dilectione diligat. sic & filius. nō autem sic vt pater per se non diligat & filius. sed per eam tantum. Quis hoc in illa trinitate inquit Augustinus opinari vel affirmare presumat. Eam tamē questionem lectorum diligentie plenius diiudicandam atq̄ absoluendam relinquimus ad hoc nimis sufficientes.

Distinctō. xxiij.

¶ Utrum proprietates personarum sint ipse persone & deus. id est diuina essentia

Post supdctā magis interius considerari atq̄ subtiliter inquiri oportet. vtrū proprietates personarum q̄bus ipē determinant̄. & sint ipē psone. & sint deus. i. diuina ēntia. an ita sint psonis vt nō sint persone. ac per hoc nec diuina essentia. Si enim in personis sint proprietates. nemo inficiari audet. cum aperte clamet auctoritas q̄ in personis est proprietas. & in essentia vnitas Superius q̄q̄ multis testimonijs astruximus psonas proprietatibus distingui atq̄ determinari. Ipsasq̄ proprietates

tres.s.ꝑ̃ijs expressim⁹ vocabul'. Cū ergo ꝓpꝛietates ipse ab eterno fuerint quibus ipse ꝑsone ꝛeterminātur et differunt. quomodo essent si in eis non essent. ⁊ quomodo in eis essent. ⁊ ipse ꝑsone non essent. q̄n ibi eēt multiplicitas. Quocirca sicut ꝓpꝛietates esse in ꝑsonis. ita ⁊ eas esse ꝑsonas cōfitemur. sicut supꝛa auctoꝛitate Hieronimi. vt non pigeat reuocare ad mentem. ꝓtestati sumus in expositione fidei ita dicentis. Sabellij hꝛesim ꝛeclinantes. tres ꝑsonas expꝛessas sub ꝓpꝛietate distinguimus. Non em̄ nomina tantū modo. sed etiam nominum ꝓpꝛietates id ē ꝑsonas. vel vt greci exꝑimunt ypostases. hoc est subsistēcias confitemur. Ecce aperte dicit ꝑsonas ꝓpꝛietatibus distingui. ⁊ ipsas ꝓpꝛietates eē ꝑsonas. cuius hic vꝛba ꝑstringimus. quia supꝛa latius posuimus Cūq̄ ꝛe simplicitate ꝛeitatis sup̄ disseꝛeremus auctoꝛitatibus sanctoꝛū scz. Aug̃. Hyla. Isid. necnō ⁊ Boetij euidenter monstrauimus ꝛeum hoc eē omnino quod in se habet. excepto q̄ ꝑ̄ habet filiū. nec est filius. ⁊ filius habz patrem. nec est pater. ⁊ sic eē in natura trium. vt qui habz ⁊ hoc sit quod habet. ⁊ totū quod ibi est vnum esse. vnā vitam eē. que modo non iteramus ne fastidium lectoꝛi ingeramus Si ergo ꝓpꝛietates ibi sunt. singula earum ē id in quo ē. ⁊ vnum eadēq̄ vita singule sunt. fateamur ergo ⁊ ꝓpꝛietates eē in tribus ꝑsonis. ⁊ ipsas eē ꝑsonas atq̄ diuinā essentiā.

¶ Auctoꝛitae astruit q̄ ꝓpꝛietas sit natura

Quod enī ꝓpꝛietas etiā natura diuina sit ostēdit Hyl'.

ita dicēs natiuitatē filij eē naturā Idē ipē in. vij. li. ꝛe tri. ait. Utriusq̄ natura nō differt. vnuz sunt ꝑ̄ ⁊ filij⁹. hz igit̄ ß sacꝛi natiuitas vt ꝓplectat̄ in se. ⁊ nomen ⁊ naturam ⁊ ptātem. qꝛ natiuitas non ꝑt non eē ea natura vñ nascat̄ filius. Idē. in. vi. Natiuitas ꝓpꝛietas ē. vnitas est. Idē in. vij. dicit. Qꝛ nature natiuitas sit intelligēda esse in natura ꝛei Supꝛa etiam dicit. quia ꝓpꝛiū ꝑris est q̄ semper pater est. ⁊ ꝓpꝛium filij q̄ semper filius est. significans q̄ ꝓpꝛietas patris est pater. ⁊ ꝓpꝛietas filij est filius. his alīsq̄ pluribus auctoꝛitatibus aperte significari videtur q̄ ꝓpꝛietas filij filius sit. ⁊ sic ꝛeus. ita ⁊ ꝓpꝛietas patris ⁊ ꝓpꝛietas spiritus sancti

Quidam negant ꝓpꝛietates esse ꝑsonas ⁊ diuinam naturam. ⁊ quare

Hoc autem aliqui negant. dicentes quidez ꝓpꝛietates in ꝑsonis esse. sed non esse ꝑsonas ipsas. quia ita dicunt esse in ꝑsonis vel essēcia diuina vt non sint interius sicut ea sunt q̄ ꝑm substantiā ꝛe ꝛeo dicūtur vt bonitas. iustitia. sed extrinsece affixa sunt. at q̄ ita esse ratiōibus ꝓbare cō tēdunt. Si em̄ inquiūt ꝓpꝛietates in ꝑsonis sunt. non eis ꝑsone ꝛeterminantur. Contra quod dicimus. qꝛ etiā seip̄is ꝑsone differunt. sicut sup̄ Hieronimus loquens ꝛe patre ⁊ filio ⁊ spiritusancto dicit. Substantia vnum sūt sed ꝑsonis ac nominibus distinguūtur. Sed iterum addunt. si ꝓpꝛietates ipse diuina essentia sunt. cum essentia non differant tres ꝑsone nec ꝓpꝛietatibus differunt. Quomodo enī pater differt a filio eo q̄ diuina essentia est. cū eēntia vnū sint

¶ Responsio ad ꝓpꝛemissa auctoꝛitate nitens.

Horū doctrinis nouis ⁊ hūanis ꝓmētl. vꝛbo Hil'. rūdeo Immēsū est q̄d exigit̄ ⁊ incōꝓꝛehensibile. Extra significantiam sermonis ē. extra sensus intentōnem. non enunciatur. non attingitur. non tenetur. ꝛboꝛū significantiam rei ipsius natura ꝓsumit

Sensus contemplatōnum.inperspicabile lumen obcecat.intelligentie capacitatem qꝫ nullo fine continet.excedit Mibi ergo in sensu labes est.in intelligentia stupor.in sermone vero nō tam infirmitatem sed silentium confitebor periculosum nimis est de rebus tantis ac tā recondit.aliquid vltra prescriptum celeste proferre.vt vltra prefinitionem dei sermo ō deo sit.forma fidei certa est.non ergo aliquid addendus est ē ꝑ mod⁹ ꝓstituendus audatie Quicqd vltra queritur non intelligitur

¶ Quō improbi hereticī instāt aliena addentes

Heterozum hereti

corum improbitas instinctu dyabolice fraudulentie excitata nondum quieuit sed in tanta rerum questione addit. Si paternitas ⁊ filiatio in deo siue in diuina essentia sunt.eadē igitur res sibi pat est ⁊ filius Nam in quo paternitas est pater est.⁊ in quo filiatio est filius est Si igitur vna eadēqꝫ res hꝫ in se patrnitatem ⁊ filiationem.ipsa ⁊ generat ⁊ generatur.qō dicentes in sabelliana hresim pertrahuntur.extendentes pꝛeꝫ in filium.cum ipsum sibi filium proponant ⁊ patrem. Si vero negauerint in vna dei essentia paternitatem esse ⁊ filiatōnem.quomodo ergo dicunt esse ⁊ deum. His atqꝫ alijs argumentorum aculeis vtuntur in sue opinionis assertionē.vt formā veritat dissecent

¶ Rūsio ꝺ hāc eoꝝ opinionē vbi tractatur ꝙ ꝓprietates nō ponit? ita dicunt ee in dei essentia sicut in ypostasibꝫ

Quorum audatie

resistentes atqꝫ ignantie ꝓuidētes.audebim? aliqd sup ꝺ loq? Paternitas ⁊ filiatio nō ita ee oīno dicunt in diuina essentia.sic in ipsis ypostasibꝫ.in quibꝫ ita sit ꝙ eas determinat.vt ait Johes damascen? Characteristica ydeomata sūt.i. determinatiue,ꝓprietates ypostaseos ⁊ non nature.etenī ypostasim determinant et nō naturā. Ideoqꝫ licet paternitas et filiatio sint diuina essentia.cū eam nō determinent.non ideo potest dici ꝙ diuina essentia ⁊ generet ⁊ generetur.vel ꝙ eadem res sit ibi pater ⁊ filius. Ita enī ꝓprietates determināt psonam.vt hac ꝓprietate ypostasis sit generans.⁊ illa alia ypostasis sit genita ⁊ ita idē nō generat ⁊ generat. ꝺ alter alterꝫ

¶ Queritꝫ quō ꝓprietates possint esse in natura.nec eam determinet

Sed forte queres

cū hꝫ ꝓprietates nō possint esse in psonis quin eas determinent.quō in essentia diuina esse possint.ita vt non eā determinent. Respondeo tibi ⁊ hic cum Hylario. Ego nescio.non requro.⁊ cōsolabor me.cum archāgeli nesciunt.angeli non audierunt.secula non tenent.prophēta non sensit.apostolus non interrogauit.filius ipē non edidit. Cessꝫ ergo volor querelarum Non putet hō sua intelligentia generationis sacramētum posse consequi.absolute tamen intelligendus est pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanct? Stat in hoc fine intelligentia vr borum.est filius a patre qui est vnigenitus ab ingenito.progenies a parente.viuus a viuo.non natura veritatis alia et alia.quia ambo vnum.hoc credēdo incipe percurre.persiste.⁊ si non peruenturum sciam.tī gratulabor ꝓfecturꝫ Qui enī pie infinita psequit.⁊ si nō cōtingat aliqī.tī ꝓficiet ꝓdeundo Sed ne te inseras in illud secretum ⁊ archanum inopinabil nativitatis.ne te imergas.sūmam intelligentie ꝓpexndere presumens.sed intellige incomprexnsibilia cē.hīs alijsqꝫ multī euidenter ostēdit nob nullaten? licere maiestatē pscrutari ims ponere ptāti.modū circūscribere infinito

¶ Quibꝫ auctoritatibꝫ opinionē suaꝫ sc ꝙ ꝓprietas patri vel filij nō sit deus muniant.

Verũtamẽ nõduz
uesistunt impatientie spiritu agitati. sed
opinionem suam ⁊ sanctorum auctori/
tatibus munire conantur. quibus ostẽ
dere volunt proprietatem qua pater ẽ
pater. ⁊ proprietatem qua filius est fi
lius. non esse deum. ad hoc inducentes
verba Augustini super illum locũ psal.
et non est substantia. ita dicentis Deꝰ
est quedam substantia Unde etiam in
fide catholica sic testificamur vt dica/
mus patrem ⁊ filium ⁊ spiritum sanctũ
vnius esse substantie. quid est vniꝰ sub
stantie. quicquid est pater qui deus est
hoc est filius. hoc spiritus sanctus. Cum
autem pater est. non illud est. quod est
pater eim non ad se. sed ad filium dicit
ad se autem dicitur deus. Eo ergo qõ
et quo deus est. substantia est. ⁊ quia
eiusdem substantie est filius. proculdu
bio ⁊ filius est deus. At vero quod pr̃
est. quia non substantie est. sed refertur
ad filium. non sic dicimus filium pr̃em
esse sicut dicimus filium deum esse Ex
bis verbis significari dicunt. q̃ proprie
tas patris vel proprietas filij non sit deus
vel essentia diuina. Cuz eim dicat eo q̃
deus est substantia est. sed quod pater
est substantie non est. aperte inquiunt
ostẽdere idẽ esse substantiam quo deꝰ
est. id vero quod pater est nec esse sub
stantiam. Item cum ait. non illud ẽ pa
ter quod est. ostendit eum non esse pa
trem eo q̃ substantia est. Non eim sim/
pliciter dixit. pater non est illud qõ est
sed ait. cum pater est. non illud est qõ
est. significans quo pater est non eẽ il/
lud quo est. i. essẽtiam. Hic illi ita expo
nentes sua cõmenta. simplicibus ⁊ in/
cautis vera faciunt videri. nos aũt alit̃
ista intelligenda fore dicim? Diceres
eim eo q̃ deus est substantia est. sed qõ
pater est substantia non est. hoc itelligi
voluit. quia essentia deus est ⁊ deitate
substantia ẽ. Eo eim substantia est quo
deꝰ est. ⁊ econuerso. cuius ea est deitas
que substantia. ⁊ substantia que deitas
sed quod pater est non est substantie. i.
non quo pater est eo substantia est. et
econuerso. quia proprietate generatio
nis pater est qua substantia non est Ip
sam tamẽ proprietatẽ substantiam ee
non negant. Ita etiam illud intelligẽ/
dum est quod ait cum pater est non il/
lud est quod est. id est nõ illo pater est
quod vel quo ipse est. id est essentia. ſz
notione.

¶ Aliꝭ etiam verbis Augustini inni
tuntur vt asserant quodꝫ dicunt. scilicet
proprietates personarum non esse sub
stantiam.

Itẽ illis verbis au
gustini vehementer insistunt superi? po
sitis. s. verbum ꝑm q̃ sapientia est ⁊ es/
sentia. hoc est qõ pater ꝑm q̃ est verbũ
non hoc ẽ quod pater. Si inquiunt ver
bum non hoc est quod pater ꝑm q̃ ver
bum est. id ergo quo verbum est non ẽ
illud quod pater est. proprietas igitur
qua verbum est non ẽ id quod pater ẽ
non est ergo essentia diuina Ad quod
dicimus quia licet ꝑm q̃ verbum non
sit hoc quod pater ẽ. ea tamẽ proprie/
tas qua verbum est. i. quod pater est.
id est diuina cẽntia ꝫ non est ypostasis
patris

¶ Distinctio. xxxiij.

¶ Opinio quorundam non idem per/
sonam ⁊ essentiam vel naturam ¦dicẽ/
tium. ⁊ non posse esse patrẽ ⁊ filiũ ⁊. i. s.
eandem essentiaz

Predictis ẽ adiicie
dum. q̃ quidam peruersi sensus homi/
nes. in tantam prosilierũt insaniam. vt
dicerent non idem esse naturam dei et
personam siue ypostasim. dicentes eam
dem essentiam non posse esse patrez ⁊
filium sine personarum confusione. Si
eim inquiunt ea essentia que pater est fi
lius est. idem sibi pater est ⁊ filius. Si
banc rem dicis esse patrem aliam q̃re

quã dicas esse filium. Si vero aliã nõ quesieris. sed eãdem dixeris. idem genuit et genit? est. propter hec ⁊ hmõi inter naturam et personã diuidunt. ita vt nõ recipiant vnam deitatis naturã et simplicem esse tres psonas. Idẽq; testimonio Hilarij defendere nituntr. qui in. vij. libro de tri. querens. vtrum apls nominans spũ dei et spũ christi idem significauerit. vtroq; verbo inquit ira. gentium prediator volens nature vnitatem in patre ⁊ filio docere ait. Spũs dei in vobis est. Si quis ãt spiritum christi non habet. hic non est eius. Si autẽ spũs eius qui suscitauit. Ihm̃ christum ⁊c̃. spiritales omnes sumus si in nobis est spũs dei. Sed ⁊ h̃ spũs dei est et spũs christi. ⁊ cuj spũs christi in nobis est. eius spũs in nobis est qui suscitauit christum. Et cum ei? qui suscitauit christum. in nobis est spiritus. et spũs rei in nobis est xp̃i. nõ tamen non dei ẽ spũs. qui in nobis ẽ. Discerne igit̃ o heretice spũ christi a spiritu dei. et excitati a mortuis spũ xp̃i a spũ dei. xp̃m a mortuis excitantis. cũ qui habitat in nobis spũs christi spiritus dei sit. ⁊ spũs christi a mortuis excitati spũs dei tantum sit christũ a mortuis excitantis. Et quero nunc in spiritu dei. vtrum naturam. an rem nature significatam existies. Non idem est em̃ natura quod res nature. sicut non idez est homo ⁊ quod hominis ẽ. nec idẽ est ignis ⁊ quod ipsius ignis ẽ. ⁊ ꝑm hoc nõ idem ẽ deus ⁊ quod dei. Huius dicti occasione prefati hereticj dogmatizant non idem esse personã ⁊ naturam dei. asserẽtes naturã dei non esse tres psonas. intelligentes in his premissis verbis hilarij ꝓ rem nature psonam et noie nature diuinam naturã. Et ideo dicunt hilariũ interrogasse hereticum. vtrum per spũ dei puraret significatã esse naturã. an rem nature vt sic oñderet distinguendum esse inter naturam et rem nature. i. personam.

Oz eis obuiat ipsius scripture circũstantia. et qualiter predicta debeant intelligi. ⁊ ꝙ spũs est res vnius nature patris et filij. ⁊ ẽ ipsa natura

Hoc quidã dicunt non intelligentes pia diligentia scripture circũstantiam. qua considerata ꝓpi põt quomodo premissa dixerit hilarius. Subsequenter em̃ in eadem serie oñdit in spũ dei aliquando significari patrem. vt cum dicitur spũs dn̄i super me. Aliquando significari filiuz. vt cum dicit. in spũ dei ejcio demonia. natura sue potestate se demones ejcere demonstrans. Aliquando spũs scũ vt ibi. Effundam ð spũ meo super omnẽ carnẽ. quod dicit consummatum fuisse cum apostoli misso spiritu omnibus lĩguis loquuti sunt. Deinde cur hanc distinctionem fecerit. et ꝙ in superiorib̃ verbis apostoli idem spũs significat? sit. et ꝙ ipe sit res vnius nature patris et filij. apte ac manifeste oñdit ira inquiens. Hec idcirco sunt demonstrata. vt quacunqz parte heretica falsitas se contulisset finib̃ veritatis concludere tur. Habitat em̃ xp̃s in nobis quo habitante habitat deus. Et cum habitat in nobis spũssanctus. non alius tamen habitat q̃z spũs dei. Quod si per spiritumsanctum christus in nobis intelligitur esse. hunc tamẽ ita spũ dei vt spiritum xp̃i esse noscendum est. ⁊ cum ꝓ naturam dei natura ipsa habitet in nobis. indifferens natura filij creditur eẽ a patre. cum spũssanctus qui est spũs xp̃i et spũs dei res nature demonstretur vnius. quero nunc ergo quomodo non ex natura vnum sunt. A patre procedit spiritus veritatis. a filio mittitur et a filio accipit. sed omnia que habet pater filij. sunt et idcirco qui ab eo accipit dei spiritus est. et idem spũs christi est. Res nature filij est. sed ⁊ eadẽ res ⁊ nature patris est et dei excitantis christum a mortuis spiritus est. et

idem spūs christi est a mortuis excitati. In aliquo differt christi ⁊ dei natura ne eadem sit si prestari potest vt spiritus qui dei est non sit et christi. Est ergo in nobis spiritus dei. et est in nobis spiritus christi. et cum spiritus christi inest. inest spiritus dei. Ita cum qđ dei est et christi est et quod christi est dei est. non potest quid aliud diuersū christus esse q̄ deus est. Deus ergo christus est vnus cum deo spiritus. ꝑm illud. Ego et pater vnum sumus. in q̄ docet veritas vnitatem esse nature. non solitudinem vnionis. Ecce si hec verba diligenter attendas inuenis spiritumsanctum rem nature, dici patris ⁊ filij. et eundem dici esse naturam dei. vbi dicitur per naturam dei natura ipsa habitat in nobis si per spiritumsanctum christus est in nobis. Itaq̄ i trinitate non ita distinguendum est inter naturam ⁊ rem nature sicut ī rebꝫ creatis. Quia vt ait Hilariꝰ. Cōparatio terrenoꝝ ad deum nulla est. Et siqua comparationum exempla interdum asseruntur nemo ea estimet absolute in se rationis perfectionem continere. Nō enim humano sensu de deo loquendū est.

¶ Propter res creatas illō dixerit nō idem est natura ⁊c̄.

Ad naturam ergo

rerum creatarū respiciens inquit. non idem est natura quod nature res. subiūciens exempla de ipsis creaturis. Inde ostendēs errorīs esse sub mēsura creaturarum metiri creatorem. addit ⁊ ꝑm hoc non idem est deus et quod dei est. Acsi diceret. Si ad instar creaturarū de creatore sentis cogeris fateri. quia non idem est deus ⁊ quod dei est. qđ dicere impium est. cum spiritus dei deus sit. et dei filius sit deus. Non ergo ꝑm corporales modos vt in eadem serie subdit accipienda sunt hec que de deo dicuntur. vbi euacuans opinionem eorum qui ita putant aliud esse deum et aliud quod dei est. aliudq̄ naturam dei ⁊ aliud rez nature. vt est in creaturis. aperte docet non aliud esse deum et que sua sunt. ita vt insint illi sic dicens. Homo autem aliquid ei simile cum alicubi erit alibi non erit. qz idem quod est illic continetur vbi fuerit in forma. vt non vbiq̄ sit qui insistens alicubi sit. Deus autem immense virtutis. viuens potestas. que nusq̄ non assit. nec desit vsq̄ se omnem per sua edocet. ⁊ sua non aliud q̄ se esse significat. vt vbi sua insint ipse esse per sua intelligatur. non autem corporali modo cum alicubi sit. non etiam vbiq̄ esse credatur. cum per sua in omnibus esse non desinat. non aliud autem sunt q̄ quod est ipse que sua sunt. et hec, preter nature intelligentiam dicta sunt. His verbis aperte significat. si tamen intelligis heretice. quia diuina natura non aliud est ab his que sua sunt. ita vt insint. et per illa in omnib̄ est suis que non sunt. Sua enim sunt etiā que non insunt. id est omnes creature. ⁊ sua sūt que insunt. vt tres persone q̄ sunt eiusdem nature. ⁊ eadem natura. sicut supra Augustini testimonio firmauim? dicentis tres personas esse eiusdem essentie vel eandem essentiam. sed nō ex essentia. ne aliud intelligatur essentia. aliud persona. Nec tamen diffitemur distinctionem aliquam habendam fore ꝑm intelligentie rationem. cum dicitur ypostasis. et cum dicitur essentia. quia ibi significatur quod est commune tribus. hic vero non: est tamen ypostasis essentia ⁊ econuerso. Fateamur ergo vnum atq̄ idem esse tres personas ꝑm essentiam. differentes autem proprietatibus Vnde Augustinus super locum psalmi prefixatum ait Queris quid sit pater. respondetur deus. queris quid sit filius respōdetur deus. queris quid sit pater ⁊ filius respondetur deus. de singulis interrogat? respō

de deum. de vtroq interrogatus non deos. sed deum respondet non sic in hominibus est. Tanta enim ibi est substantie vnitas vt equalitatem admittat. pluralitatem non admittat. Si ergo tibi dictum fuerit. cum dicis filium esse quod patet est. profecto filius pater est. Respondes fm substantiam tibi dixi hoc esse filium quod pater e nō fm id q ad aliud dicitur. Ad se enim dicitur deus. ad patrem filius dicitur Rursunq pater ad se dicitur deus. ad filium dicitur pater. q pater ad filium dicitur non est filius. quod dicitur filius ad patrem non est pater. quod dicitur pater ad se. t filius ad se. Hoc est pater t filius t deus

¶ Utrum ita possit dici vnus deus trium personaruq. vel tres persone vnius dei. vt dicatur vna essentia triuq personarum. t tres persone vnius essentie

Hic considerandū est cum deus sit diuina essentia. et ita dicatur vnus deus tres persone. sicut vna essentia dicitur tres psone. Utrū ita valeat sane dici vnus deus trium personarum. vel tres persone vnius dei sicut dicitur vna essentia triuq personarum. t tres psone vnius essentie. In his loquutionibus scripture vsus nobis emulandus videtur. vbi frequenter reperitur ita dictū. vna est essentia trium personarum. t tres sunt persone vnius essentie. Ilusq autem occurrit legisse vnum deum trium personarum. vel tres personas vnus dei. qō ideo puto sanctos doctores vitasse. ne ita forte acciperetur in diuinis persōnis vt accipitur cum de creaturis simile quid dicitur. Dicitur enī deus abraham ysaac et iacob. et deq omnis creature. quod itaq dicitur propter principium creationis vel gratie priuilegiq et creature subiectionem vel seruitutē Cum ergo in trinitate nihil sit creatuq vel seruiens vel subiectum. non admittit fides in trinitate talem loquutionis modum. Ita etiam econuerso non dicatur de dei essentia q ipsa sit essentia abrahām ysaac t iacob vel alterius creature. ne creatoris et creature naturam confundere videamur.

¶ Or licet potentia. sapientia. bonitas fm substantiam de deo dicantur. i scriptura tñ solēt hec nomina distincte ad psonas interdum referri.

Ex predictis constat q sicut essentia. ita potentia. sapientia. bonitas de deo dicuntur fm substantiam. Que vero fm substantiā de deo dicuntur. tribus psonis pariter conueniunt. Una est ergo potentia. sapientia bonitas. patris et filij t spiritussancti. t hi tres eadem potentia. eadem sapientia. eadem bonitas. Unde aperitur in trinitate summa esse perfectio. Si enim ibi deesset potentia vel sapientia vel bonitas nō esset summū bonum. sed quia ibi est perfecta potentia. infinita sapientia. incomprehensibilis bonitas. recte dicitur et creditur sūmum bonum Unq vnum t idem sit penitus in deo potentia. sapientia. bonitas. in sacra tamen scriptura frequenter solent hec nomina distincte ad personas referri. vt patri potentia. filio sapiētia. spiritui sancto bonitas attribuatur. quod quare fiat nō est ociosum inquirere.

¶ Quare id fiat. scilicet q patri potentia. filio sapientia attribuatur.

Id ergo sacri eloquij prudentia facere curauit. ne dei immēsitatem similitudine creature metiremur. dixerat enim scriptura sancta q deus pater est t q deus filius est. Et audiunt hec homo qui hominē patrem viderat. deum patrem non vide-

rat.et cogitare cepit ita esse in creatore vt viderat in creaturis.a quibꝫ ixc nomina translata sunt ad creatorem. in q̄bus pater est prior filio.filius est posterior patre.et ex antiquitate in patre defectus .ex posteritate in filio imperfectio sensus solet notari. Ideo occurrit scriptura dicens patrem potentem ne videatur prior filio. ⁊ ideo min⁹ potens .et filium sapientem ne videatur posterior patre ⁊ ideo minus sapiens.

¶ Quare spirituisancto bonitas attribuatur

Dictus est etiam spiritussanctus deus:et dictus est habere spiritū deus.et videbatur hoc quasi nomen inflationis et tumoris. Ne inde humana conscientia ad deū prorigore ⁊ crudelitate accedere metuit Iō scriptura temperauit sermonem suum spm̄ bonum nominans.ne crudelis putaretur qui mitis erat.non q̄ pater solus sit potens. vel magis potens.⁊ filius solus sit sapiens vel magis sapiēs et spiritussanctus solus bonus vel magis bonus. vna est ergo potentia .sapientia benignitas trium sicut vna essentia. Ideoq; sicut dicitur filius homousion.i.consubstantialis patri.ita et eo omnipotens

¶ De hoc nomine homousion vbi in auctoritate firmatū ē.et quid significet

Hic non est pretermittendum quod Augustinus in libro secūdo d̄ trinitate.contra Maximinū dicat .de hoc nomine homousion quo latini tractatores frequenter vtuntur. Pater inquit et filius vnius sunt eiusdemq; substantie .hoc est illud homousion. quod in concilio niceno aduersus hereticos arrianos a catholicis pūb veritatis auctoritate firmatū ē qđ postea in cōcilio Arminēsi.ppt̄ nouitatē verbi minus q̄ potuit intellectā . quā tamē fides antiqua pepat. multis patrū fraude deceptis hꝛetica impietas sub hꝛetico imp atore. Cōstantino labefactare temptauit. Sed post non lōgum tempus libertate fidei catholice prevalente. postq̄ vis verbi sicut debuit intellecta est homousion.illud catholice fidei sanitate longe lateq; defensum est et diffusuꝫ. Quid enim est homousion nisi vnius eiusdemq; substantie.quid est inquā homousion.nisi ego ⁊ pater vnum sumus Non ergo inter prophanas vocū nouitates hoc vitandum est.

¶ De noīb⁹ que translatiue ⁊ per similitudinem de deo dicunt.

Preterea sciendū est q̄ in assignatione distinctioīs noīm inter alia que supra diligēter exequuti sumus quedā diximus trāslatiue ac p̄ similitudinē de deo dici. vt speculum splendor.character.figura ⁊ hmōi De quib⁹ pio lectori breuiter trado quod sentio .vt scilicet ratione similitudinis considerata.ex causis dicendi victoꝝ intelligentiā assumat.sed catholicam

¶ Nihil dignū de excellentia ineffabilis trinitatis se tradidisse dicit ad aliaꝫ tra nsiturus

De sacramēto vnitatis atq; trinitatis summe et ineffabilis multa iam diximus .nihil tamen de eius ineffabilitate dignum tradidisse profitemur.sed potius ex nobis mirificatam eius scientiam nec potuisse nos ad illam confitemur.

¶ Distinctio.xxxv.

De quibusdam que fm substantiam de deo dicuntur que specialem efflagitant tractatū.scilicet de scientia et prescientia ⁊ prouidentia et dispositione. predestinatione. voluntate ⁊ potētia.

QVnq3 supra diſſeruimus ac pluca dixe/ rimus de his que commu/ niter ſm ſubſtantiam de deo dicun/ tur. eozum tamen quedam ſpecialem efflagitant tractatum. de quib3 ammo do tractandum eſt. ſ. de ſcietia preſcie tia. prouidentia. diſpoſitione. predeſti natione. voluntate ⁊ potentia. Scien/ dum eſt igitur q3 ſapientia vel ſcientia dei cum ſit vna ⁊ ſimplex. tamen prop ter varios ſtatus rerū ⁊ diuerſos effe ctus plura ac diuerſa ſortitur nomina. Dicitur enim non tantum ſcientia. ſed et preſcientia vel prouidentia. diſpoſi/ tio predeſtinatio: ⁊ prouidentia. Et ē preſcientia ſiue prouidentia de futuris tm̄. ſed de oib3 bonis. ſ. et malis. diſpo ſitio vero de faciēdis. predeſtinatio de boib3 ſaluandis ⁊ de bonis quib3 ⁊ hic liberantur ⁊ in futuro coronabuntur. Predeſtinauit enī deus ab eterno ho mines ad bona eligendo. ⁊ predeſtina uit eis bona preparādo. Q3 boies p/ deſtinauit apoſtol9 oñdit dicens Pre deſtinauit q3 preſciuit fieri cōformes imaginis filij ſui. Et alibi. Elegit nos ante mundi cōſtitutionē vt eſſem9 ſan cti et immaculati Q3 aūt eis bona pre parauit, pl'a Eſa. oñdit dicēs. Oculus non vidit que preparaſti diligentib3 et expectantib3 te. ergo ab eterno pre/ deſtinauit quoſdā futuros bonos ⁊ bea tos. i. elegit vt eſſēt boni. Et alibi. Et bōa eis predeſtinauit. i. prepauit. Pro uidentia ē gubernando3 q3 vtriq3 codē modo videt accipi quo diſpoſitio In/ terduz tamen prouidentia accipit pro preſcientia. Sapia vero vel ſcietia de oib3 eſt. ſ. bonis et malis. et de pūtib3 preteritis ⁊ futuris. ⁊ nō tm̄ de tempo/ ralibus ſed etiā de eternis. Nō enī ita ſcit deus iſta temporalia vt ſeipſū ne/ ſciat. ſed ipſe ſolus ſeipſum perfecte no uit. cuius ſcientie comparatione omnis creature ſcientia imperfecta eſt.

Utrū ſcietia vel p̄ſcientia vel diſpo ſitio vel predeſtinatio potuerit eſſe in deo ſi nulla fuiſſent futura

Hic conſiderari oportet vtrū ſcientia vel preſcietia vel diſpoſitio vel predeſtiatio potuerit eē in deo ſi nulla eſſent futura. Cum enī preſcientia ſit futuro3. et diſpoſitio fa ciendo3. ⁊ predeſtinatio ſaluando3. ſi nulla eſſent futura ſi nihil eſſet factur9 deus. vel aliquos ſaluaturus. non videt potuiſſe in deo eē preſcia vel diſpo ſitio vel predeſtiatio. Potuit aūt de9 nulla preſcire futura. Potuit ergo nō eſſe in deo preſcia vel diſpoſitio vl' p/ deſtinatio. Ad hoc aūt ita a quibuſdā opponit. Si inquiūt potuit preſcia dei non eē in deo ab eterno ⁊ potuit nō eē. Si vero potuit non eē. cuz preſcia dei ſit eius ſcietia. et ſcientia ſit ei9 eēntia. potuit ergo nō eſſe ab eterno id qđ ē di/ na eſſentia. ita ⁊ de diſpoſitiōe ⁊ prede ſtiatiōe q3 ē dina eſſentia. obiciūt. Ad dunt quoq3 et alia ita dicētes. Si po/ tuit deus non preſcire aliqua. cū idē ſit deo preſcire qđ ſcire. ⁊ ſcire qđ eſſe. po tuit ergo non eſſe. Itē cū idem ſit deo preſciū eſſe ⁊ deū eſſe. ſi potuit non eē preſcius. potuit non eſſe deus Potuit aūt non eē preſcius ſi potuit nulla pre ſcire. at potuit nulla preſcire. quia po/ tuit nulla facere

Rñſio q3 preſcietia ⁊ diſpoſitio ⁊ p/ deſtinatio quaſi relatiue dicunt ad fu/ turas res agendas vel faciendas

Ad hoc iuxta mo dulū nre intelligētie ita dicamus. p̄ſcia et diſpoſitio vel p̄deſtiatio ad aliqd di ci vident. Sicut enī creator ad creatu/ rā dr relatiue. ita preſcia vel preſcius ad futura referri videtur. et diſpoſitio ad faciendā. ac predeſtinatio ad ſaluā da. Verūtamen creator ita relatiue di citur vt eſſentiā non ſignificet. Preſci entia vero vel preſcius. ⁊ ī reſpectu fu/

turoꝝ dicitur. et essentiam designat. Ita dispositio et predestinatio. Ꝺ̄qꝫ cum dicatur si nulla essent futura. nō esset in deo prescia. vel non eēt deus ꝑscius. qz varia est ibi causa dicendi. distingui oportꝫ ratione dicti. Cū ergo dicis. si nulla essent futura. non esset i deo prescientia. vel non eēt prescius Si in dicēdo hanc cāꝫ attēdis. s. qz nulla essent subiecta ei⁹ ꝑscīe. vñ ipa posset dici prescia vel ipe ꝑscius. qđ vtrunqꝫ diaꝫ ꝓpter futura; verus est intellectus Si autem ex ea rōne id dicis qꝺ non sit in eo scīa qua prescit futura. vel qꝺ ipse non sit de⁹ q̄ est futuroꝝ prescius. falsa ē intelligētia. Siliter t ille loquutiones determinande sunt. Potuit nō esse prescientia dei vel potuit nō esse ꝑscius. et potuit deus nō prescire aliqua id est potuit eē qꝺ nulla futura subiecta essent eius scientie. et ita non posset dici prescius vel prescire. vel eius scientia prescientia non eo tm̄ ipse minus esset vel eius scia. sed nō posset dici prescia⁹ vel prescire vel prescientia. si ei⁹ scientie futura nulla forent subiecta. siliter de dispositione et predestinatione vel prouidentia. hec enī vt dictū est ad tē poralia referuntur. et de temporalibus tantum sunt

¶ Qz scientia dei nō tm̄ est de tēporalibus sed etiam de eternis

Scientia vero vel

sapientia non tantū de tempalibus. ꝫ etiam de eternis ē. Ideoqꝫ et si nulla fuissent futura. esset tamen in deo scia eadem. que modo est. nec minoꝝ eēt q̄ꝫ modo. nec maioꝝ ē q̄ꝫ eēt. Sciuit ergo deus ab eterno eternū et oē quod futurū erat. t sciuit immutabiliter. scit q̄ꝫ non minus preterita vel futura q̄ꝫ ꝑntia. t sua eterna sapientia t immutabili scit ipse omnia que sciuntur. oīs ei rō supne et terrene sapie. vt ait Ambro. in eo est. qz oēm sapientiam t scientiā capit sua immēsa sapientia vel scientia

¶ Que oia dicunt esse in deo t quod factum est habet vitam in eo.

Propterea omnia

dicuntur esse in deo t fuisse ab eterno Unde Augu. sup Gene. Hec visibilia inquit anteq̄ꝫ fierent non erant. quō ergo deo nota erant que non erāt. Et rursus quō ea faceret que sibi nota nō erant. Non em̄ quicq̄ facit ignorans. Nota ergo facit. non facta cognouit. Unde anteq̄ꝫ fierent erant et non erant. Erant in dei scia. non erant in sua natura Ipsi autem deo non audeo dicere alio modo innotuisse cum ea faceret q̄ꝫ illa quo ea nouerat vt faceret apud quē non est trāsmutatio. nec vicissitudis obūbratio. Ecce hic hēs qz hec visibilia anteq̄ꝫ fierent. in dei scīa erant. Ex hoc igitur sensu oia dicuntur esse in deo. et omne qō factum est dicitur esse vita in ipso. non iō q̄ꝫ creatura sit creator. vel qꝫ ista tpalia eēntialiter sint in deo. ꝫ qz in eius scīa semper sunt que vita est.

¶ Qz eadem ratione omnia dicuntur ei presentia.

Unde ē etiā quod

oia dicuntur ei ꝑntia. non soluꝫ ea que sunt. ꝫ etiā ea q̄ preterierūt. et ea q̄ futura sūt ꝓm illud. Qui vocat ea q̄ non sūt tanq̄ꝫ ea que sūt. qz vt ait Ambro. in li. de tri. Ita ꝓgnoscit ea que nō sūt vt ea que sūt. et hac rōne oia dicuntur esse i eo. vel apud eū. siue ei ꝑntia. vñ Augu. sup illū locum. ꝑs. Et pulchritudo agri mecum est. ideo inquid mecum est: quia apud deum. nihil preterit nihil futurū ē. Cum illo sūt oia futura. et ei non detrahūtur iā preterita cū illo sē oia cognitiōe quadā ineffabili sapia dei. Et hic appit Augu. ex q̄ intelligētia accipiēda sint hmōi verba Oia sē deo ꝑntia. in deo sē oia. vel cū deo. vel apud deū. vel i eo vita. qz ineffabilis oīm cognitio in eo est.

¶ Distin. xxxvi. Utrū cōcedendū sit oīa eē in dei eēntia vel in deo p essen/tiam vt oīa dicuntur esse in cognitiōe dei vel psentia.

Solet hic queri cum oīa dicantur esse ī di cognitione, seu pnīa. vel in deo p cognitionē. et eius cognitio vel pnīa sit diuina eēntia. utrū concedē dum sit oīa esse in diuina essentia. vel ī deo p essentiam. Ad quod dicim⁹. qz dei cognitio eius vtiqz essentia est. et eius psentia. in qua sunt omnia ipsi⁹ cognitio est. nec tamen oīa que sunt in eius psentia vel cognitiōe in ei⁹ eēntia eē dici debent. Si em̄ dicerentur. intelligerētur esse eiusdē cū eo essentie In deo enim dicatur eē p eēntiā quod est diuina essentia. qđ est deus. hz ergo deus apud se in pnīa sua q̄ non hz in sui natura. Unde Augu. de verbis apostoli ita ait. Elegit nos ante mundi constitutionē. Quis sufficit hoc explicare. Eliguntur qui non sunt. nec erat quē eligit. nec vane eligit Eligit tamē et habet electos quos creaturus ē eligendos quos habet apud semetipsuz non in natura sua. sed in pnīa sua. non dū erāt quib⁹ promittebat. sed et ipsi promissi sunt quib⁹ promittebat. Ecce hic apte dicit deū apud semetipsuz habere electos ante mundū. non in natura sua. sed ī pnīa. cū tñ eius pnīa ñ sit aliud q̄z eius natura. qz ipsi⁹ pnīa ē eius noticia. Potest tñ ad elcōs referri cū ait in natura sua. i. illoz. illos q̄pe habuit ab eterno apud se. non ī natura sui. i. illoz. qz nondū erāt. hz in sua pnīa. qz eos ita nouit ac si eēnt.

¶ Utrū mala debeāt dici esse in deo vt sunt oīa bona. cū vtraqz sint in eius cognitione et pnīa. oīa em̄ cognoscit.

Post predicta queritur cum oīa dicantur esse in deo. non per essentiam nature. sed per coniunctionem vel cognitionem scientie. et deus sciat bona et mala. vtrum concedēdum sit simpliciter mala esse in deo per cognitionem. Scit em̄ deus et sciuit sp omnia tam bona q̄z mala. etiaz anteqūz fierent. et presciuit ab eterno ea futura. Ideoqz cum omnia bona dixerim⁹ esse in deo, propter psentiam cognitionis. eadem ratione videtur dicendū oīa mala esse in eo cum ea semper nouerit. et per cognitionem ei psentia fuerint. Precognouit em̄ deus ab eterno quosdam futuros malos et eorum maliciam vt ait Augusti⁹. presciuit. sz non preparauit. Cum ergo peccata oīnium sciat. nunquid intelligendum est ea includi in illa generalitate locutiōis qua dicit apostolus omnia esse in deo ex ipso inq̄t. et p ipsum et in ipso sunt oīa Sz quis nisi insanus dixerit mala esse in deo. Illa em̄ in deo esse intelliguntur que ex ipo et p ipsuz sunt. ea vero per ipsum sūt et ex ipo sunt q̄z auctor est. hz non est auctor nisi bonoz. nō ergo ex ipso vel p ipsum sunt nisi bona ita ergo nec in ipso sunt nisi bona Non ergo mala in deo sunt. quia licet ea noscat. non tamē illa ōnino nosat vt bona mala q̄si de longe cognoscat. vt ait, pphēta. et alia a longe cognoscat. i. superbiam et alibi ad deum loquens de malis ait. Abscondita tua impletus est venter eoz. qđ exponēs aug⁹. Absconditā inquit peccata sunt q̄ a lumine tue veritatis abscondūntur. Sed q̄modo peccata a lumine veritatis diuine absconduntur. cū a deo sciant̄ Si em̄ nō sciret quō de illis iudicaret et pro illis malos dānaret Alibi, pphēta dicit qz neqz ab oriente neqz ab occidente deest. Qđ exponēs Cassiod. inq̄t. Neqz a bonis neqz a malis deest deus. sed omnibus presens et cognitor est. Cognoscat ergo deus et bona et mala per scientiam sed bona cognoscat etiam per approbationem et per beneplacitum. mala vero non. Unde cassiodor⁹ super ps. dicit.

Peccata abscondita sunt deo. quia nō nouit id est non approbat Et ex eo sensu Aug⁹. dixit ea abscondi a lumine dei qui etiam in libro ad Heluidium insinuat ꝓgnitōez di vaꝛijs modis accipiēdam inquiens Si ad sciam referas. nō ignorat deus aliquos vel aliqua. qui tamen in iudicio quibusdā dicet. nō noui vos. sed eorum improbatio hoc verbo insinuata est. Ecce non cognoscere dicitur deus que non approbat. que ei nō placent. Apparet itaq; vtrū esse quod diximus. scz quia quodam modo cognoscit deus bona quo non ꝓgnoscit mala Pariter quidem vtraq; eodēq; mō nescit quantum ad noticiam. sed bona etiam approbatione & beneplacito cognoscit.

¶ Hic aperit ꝗre bona tm̄ dicunt̄ eē in deo. nō mala

Et inde ē quod bona tantum dicuntur esse in deo. non mala. & illa prope hec longe. ꝺa licet in deo aliqua dicantur esse ꝓpter cognitionis presentiaz & deus bona & mala ꝓgnoscat. mala tamen non ꝓgnoscit nisi ꝓ noticiam. bona vero non solum per scientiam. sed etiam per approbatōnem & beneplacitum. & ob talem cognitōnem aliqua dicuntur eē in deo. scz quia ita ea scit vt etiā approbet & placeāt. i. ita scit vt coꝝ sit auctor.

¶ Qz idem est oīa eē ex deo. & ꝑ ipm et in ipso.

Proinde si diligenter inspiciamus idem videtur esse. omnia esse ex deo. & per ipsum. & in ipso. Unde Ambꝺ. in. ij. li. de spiritusancto. Hec tria ex ipso. & per ipsum. & i ipo sr̄ omnia. vnum esse supra diximus Et dicit per ipsuz esse omnia. negauit in ipso esse omnia. eandem vim habent omnia hec. in ipso & cum ipso & per ipsum. et vnum ex his atq; consimile. non cōtrarium intelligitur. Ecce habes ꝙ eadem intelligentia scriptura dicit omnia esse in ipso & per ipsum & ex ipso & cum ipso. Cum ergo ex ea ratiōe omnia dicantur esse ex deo vel per ipsum. non solum quia sat. sed etiam quia auctor est eorum. consequitur vt eadem ratōne ea esse in deo dicant̄ scilicet qz sat & eorum auctor esse dicatur. quia in illo viuimus & mouemur & sumus. qz eo auctore sumus & mouemur & viuim⁹. cū ergo non sit auctor nisi bonorum. merito sola bona in eo esse dicūtur. sicut ex ipso vel per ipsum. Cum igitur in eius cognitōne vel presentia sint omnia scilicet bona & mala. in eo tamen non dicūtur esse nisi bona quoꝝ auctor est. Ihn̄ Augustin⁹ in libro ꝺ natura boni. Cū audimus inquit ex deo & per ipsum & in ipso esse omnia. omnes vtiq; naturas intelligere debemus. & omnia que naturaliter sunt. neq; eīm ex ipso sunt pecca ta que naturaz non seruant. sed viciāt que ex voluntate peccantiaz nascuntur Hic aperte dicitur ꝙ in illa generalitate locutionis bona tantum continētur

¶ Qz omnia ex patre & per patrē sūt et in patre. & ita de filio & spiritusancto est dicēdum. licet ꝓpter ꝑsonas fiat distinctio

Preterea sciēdū ē ꝙ licet ibi indicetur distinctio personarum cum dicitur. ex ipso & per ipsum & in ipso. omnia tamen ex patre & per patrē & in ꝓe sūt. Similiter ꝺ filio & spū sancto accipiendum est Ihn̄ Aug⁹. in li. de tri. Nō ꝓfuse inqt accipiēdū ē qꝺ ait ap'lus. ex ipso & per ipsum & in ipso ex ipso dicēs ꝓpter patrem. & per ipsum ꝓpter filium. in ipso ꝓpter spiritumsanctum. vigilanter itaq; attēde ne quia patrem voles intelligi dixit ex ipso sic intelligas oīa eē ex patre. vt neges omnia esse ex filio vel ex spiritusancto. cum ex patre & per patrem & in patre omnia esse sane dici possit. similiter de filio & spiritusancto sentiendū

¶ Q non omnia que ex deo sunt etiam de ipso sunt. & econuerso ..

Vnde etiaz hic aduertendum est q non omnia que dicuntur ex deo esse. etiam de ipso esse dicta debent. quia vt ait beatus Augustinus in libro suo de natura boni. non hoc significat penitus ex ipso quod de ipso. quod enim de ipso est potest dici ex ipso. sed non omne quod ex ipso est potest dici esse de ipso. quia non est de sua substantia. Ex ipso enim sunt celum et terra. quia ipse fecit ea. non autem de ipso quia non de substantia sua sicut aliquis homo si generat filium. vel faciat domum. ex ipso est filius. ex ipso est et domus. sed filius de ipso. domus vero de terra & ligno. non de seipso.

¶ Que dicta sunt summatim colligit.

In premissis apertum est q in dei cognitione siue presentia sunt omnia. scilicet. bona et mala. sed non omni modo sunt ibi mala quo bona. et q in deo tantum sunt bona sicut ex ipso et per ipsum non mala. ex quo sensu hec accipienda sint assignatum est. et q de ipso non proprie dicatur esse quod aliud est ab ipso. Ex ipso autez dicuntur esse omnia. que eo auctore sunt

¶ Distinctio. xxxvij.

¶ Quibo modis dicatur eē in rebꝫ

Quoniam demōstratum est ex parte quomodo omnia dicantur esse in deo. adenduz hic videtur. quibus modis deus dicatur esse in rebus. si tamē id humana mens vel ex parte valeat cogitare. vel lingua sufficiat eloqui. Sciendum igitur est q deus incommutabiliter semper in se existens presentialiter. potentialiter. essentialiter est in omni natura siue essentia sine sui diffinitione. et in omni loco sine circunscriptione. et in omni tpe sine mutabilitate Et preterea in sanctis spiritibꝫ & aiabꝫ est excellentius. s. per gratiam inhabitans. et in christo homine excellentissime in quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. vt ait apostolus. In eo eim deus habitauit. non p gratiā adoptionis sed per gratiā vnionis. Ne aūt ista quia humane intelligentie capacitatez excedūt. falsitates arguere aliqui presumant. sanctorum auctoritatibus mihi munienda videntur Beatus gregorius super cantica canticorū inquit. Licet deus communi modo omnibus rebus insit presentia. potentia. substantia tamen familiariori modo dicē esse per gratiam illis qui mirificentiam opm dei acutius & fidelius considerāt De hoc etiam Augu. ad dardanum in in libro de presentia dei ait. Cum deꝰ sit natura incorporea et incommutabiliter viua. eterna stabilitate. in seipso manens totus adest rebus omnibus. et in singulis totus. sed in quibus habitat. habent eum pro sue capacitatis diuersitate alij amplius. alij minꝰ. quos ipse sibi dilectissimum templuz gratie sue bonitatis edificat. Hilarius quoqꝫ in libro octauo de trinitate apertissime docet deum esse vbiqꝫ. Deus inquit immense virtutis viuens potestas. q̄ nuscqꝫ non adsit nec desit vscqꝫ. se omnē per sua edocet. vt vbi sua sint ipse esse intelligatur. non autem corporali modo cum alicubi sit. non et vbiqꝫ eē credatur. cum et in omnibus esse non desinat Ambrosius in libro. i. de spūsancto

Spiritumsanctum probat non esse creaturam. quia vbiqz est quod est proprium diuinitatis ita vi. Cū oīs creatura certis nature sue sit circūscripta limitibus. quomodo quis audeat creaturam appellare spiritumsanctum. qui non habet circumscriptam determinataməqz virtutem. qui ⁊ in omnibus ⁊ vbiqz semper est. quod vtiqz diuinitatis ⁊ dominationis est proprium. Idem in eodē Omnia est omnia complere. qui dicit in Hieremia Ego celum ⁊ terram cōpleo. Si ergo dominus est qui celū cōplet ⁊ terram. quis ergo p̄t spūmsanctum iudicare dominatōris ⁊ diuine potestatis exortem. qui replenit orbem. ⁊ quod plus est repleuit Ihesum totus mundi redemptorē Ex his aliisqz pluribus auctoritatibus aperte demonstratur. qp̄ deus vbiqz ⁊ in omni creatura essentialiter. potentialiter. presentialiter est.

¶ Qz in sanctis non modo est. sz etiā inhabitat qui non vbicunqz est habitat.

In scis vero etiaz

habitat in quibus est per gratiam. Nō enim vbicunqz est inhabitat. vbicūqz vero habitat ibi est. In solis bonis habitat qui sunt templum eius ⁊ sedes eius Unde per Esayam dominus ait. Celum mihi sedes est. terra aūt scabellum pedum meorum. quia in electis q̄ sunt celum habitat deus. ⁊ regnat qui ei⁹ voluntati deuoti obtemperāt. Malos vero qui sunt terra iudicij districtōne calcat. Unde etiam in libro Sapiētie dicitur. Thronus sapientie aia iusti quia in iustis specialius est q̄z in alijs rebus. in quibus tamen omnibus totus est quemadmodum aia. vt ait Aug̃. in epla ad Hiero. de origie aie. p oēs pticulas corpis tota adest sil'. nec minor in minoribo. nec in maioribo maior ē. sz tn̄ in alijs intēsi⁹. in alijs remissi⁹ opaī. cū in singul' pticul' corpis eēntial'r tota sit

Ita ⁊ de⁹ cū sit in oīb eēntial'r ⁊ tot⁹. in ill' tn̄ plen⁹ eē dr̄ q̄s inhabitat. i. in q̄b ita ē. vt faciat eos templū suū. ⁊ hi tales cū eo sūt non ex pte. sz in bītudine pfcē. Mali vo et si ibi sint vbi ipse est q̄ nusq̄z deest. non sī cū eo Unī Aug̃. sup Joh. Nō satis fuit dicere. vbi ego sum ⁊ illi sunt. sz addidit mecū. qz ⁊ miseri pñt esse vbi ⁊ ille est. q̄ nusq̄z deest sz bti cū illo. qz non sunt beati nisi ex eo cū illo sunt quia fruūtur eo. vident illū sic ē Mali nō cū illo. nō i luce nec sī cū luce. nec boni ita nūc sī cū eo vt videāt p̄ speciē. et si aliquo modo sunt cum eo per fidē. Quō ergo deus habitet in nobis ex illis aliquatenus intelligere valebis que supradicta sunt. cum de spīritussancti temporali processione agere/tur. Ubi licz ex parte exponitur. ex pte em̄ cog̃scamus. ⁊ ex pte. plxtam⁹. quō spūssc̄us habitet in nob. q̄ sine p̄e ⁊ filio inhabitat

¶ Ubi erat vel habitabat anteq̄z esset creatura.

Bi aūt queris vbi

habitabat deus anteq̄z sancti essent. dicimus quia in se habitabat Unī Aug̃. contra Maximinū. In templo inquit suo habitat de⁹. s. in sanctis qui sunt templum dei. modo p̄m fidem ambulātes et templum dei erunt aliquando etiam p̄m speciē. qualiter etiam nunc templū dei sunt angeli. Sz dicet aliq̄s anteq̄z de⁹ faceret celum ⁊ terrā anteq̄z faceret scōs. vbi habitabat In se hītabat deus apud se habitat. ⁊ apud se est. Non ergo sic sunt sancti domus dei. vt ipsa subtracta cadat de⁹ Immo sic habitat de⁹ in sanctis. vt si ipse discesserit. cadant. Sciendum est etiam. quia vt ait Augustinus in libro ad Bardanum. Deus nisi stultissim⁹ nequit spiritumsanctum non habere locum in nostro corpore. qp̄ totū nostra aia ipleuerit. Stultu⁹ etia dicitur angustijs alicubi impediri trinitatem. vt pater ⁊ filius ⁊ spūssanctus

alicubi simul esse non possint. Verum illud multo est mirabilius q̄ cum deus vbiq; sit tot⁹. non tamen in omnib⁹ habitat. Quis vero audeat opinari. nisi inseparabilitatem trinitatis penitus ignoret. q̄ ī aliquo possit habitare pater aut filius in quo non habit; spiritus sāctus. aut in aliquo spiritus sāctus in quo non habitet pater ⁊ filius. Fatendum est igitur vbiq; esse deum per diuinitatis presentiam. sed non vbiq; per inhabitationis gratiam. Propter hanc eñ habitatōnem gratie non dicimus pater noster qui es vbiq;. cum ⁊ hoc verum sit. sed qui es in celis. id est in sanctis in quib⁹ ē quodaz excellentiori mō

¶ Q⁹ deus habitator est quorundam nondum cognoscentium deum. ⁊ non est habitator quorundā cognoscentiū

Illud quoq; mirabile est. quia vt ait Augustinus in eodem. Deus est inhabitator quorundā nondum cognoscentium deum. ⁊ non quorundam cognoscentium deum Illi enim ad templum dei non pertinent q̄ cognoscentes deum. non sicut deum glorificant. Ad templum dei pertinent parvuli sanctificati sacramento christi ⁊ remunerati spiritusancto. qui nondum valent cognoscere deum. igitur quem potuerūt habere nec habere. isti potuerūt habere anteq; nosse. Beatissimi autem sunt illi quibus hoc est deum habere quod nosse. Hic aliquatenus aperit Augustinus quomodo de⁹ habitet in aliquo id est habeatur. cum videlicz ita est in aliquo. vt ab eo cognoscatur ⁊ diligatur

¶ Quomodo deus sit totus vbiq; p essentiam non potest intelligi ab humano sensu

Ex predictis patz q̄ deus vbiq; totus est per essentiam et in sanctis habitat per gratiaz. Cūq; superius licz tenuiter ostensum sit. quaratōne dicatur habitare in quibusdam efflagitaret ordinis ratio id etiam assignari quomodo vbiq; est per essentiam ⁊ totus sit. nisi huius considerationis sublimitas atq; immensitas humane mētis sensum omnino excederet. vt enim ait Crisostomus super epistolaz ad hebreos. Sicut multa de deo intelligimus que loqui penitus nō valem⁹ ita multa loquimur que intelligere nō sum⁹ ydonei. Verbi gratia. Q⁹ vbiq; deus est scimus ⁊ dicimus. quomodo autem vbiq; sit. intellectu nō capim⁹ Item q̄ est incorporea quedam virt⁹ que omnium est causa bonorum scim⁹ quomodo autem vl̄ que ista sit penit⁹ ignoramus

Quorundā opinio qui p̄sumunt ostēdere quō de⁹ vbiq; sit p essentiam. potentiam. ⁊ p̄sentiam

Quidaz tamen immensa ingenio suo metiri presumentes hoc ita fore intelligendum tradiderunt q̄ deus vbiq; esse per essentiam dicit nō q̄ dei essentia, ppie sit in oī loco ⁊ in ni creatura. sz quia omnis natura atq; omne quod naturaliter est. in quocūq; loco sit. per eum habet esse. ⁊ omnis locus in quo illud est Idem etiam dicūt ideo deum vbiq; dici esse per presentiam vel per potentiam. quia cuncta sūt ei presēcia. ⁊ que in eis sunt. nec in eis aliquid operari cessat. nam ⁊ ipsa loca et quicquid in eis est. nisi ipe conseruet manere non possunt In eis ergo p substantiam deus esse dicatur. vt aiunt. q⁹ per virtutem proprie substantie sue facit. vt etiā loca sint ⁊ omnia que in eis sūt. Sed licet hec vera sint que afferūt in explanandis intelligentijs predictorum in illis tamen verbis quibus dicitur deus vbiq; esse per essentiam. plꝰ ptineri credēdum ē. qō hō viuēs capere non valz

¶ Q⁹ de⁹ cū insit oīb⁹ reb⁹. non tñ sōr dibus inq̄nat rep

Bolet etiam ab eis dem queri quomodo deus substantialiter insit omnibus rebus & corporaliuz sordium non contingatur inquinationibus. ¶ Quod tam friuoluz est. vt nec responsione sit dignum. cum etiam spiritus creatus sordibus corporis etiaz leprosi vel quantumcūqz polluti inquinari non possit. ¶ Sol quoqz radios suos sine sui pollutione effundit super loca et corpora. non solum munda. sed etiā immunda ac sordibus fetentia. quorū cōtactu homines ac quedam alie res inficiūtur. solis vero radij impolluti & incōminati ea contingentes existunt. ¶ Non est igitur mirandum si essentia diuina omnino simplex & incōmutabil' omnia replet loca & omnibus creaturis essentialiter inest. nec tamen cuiuscqz rei sordibus contaminetur vel contingatur. ¶ Unde Aug⁹. in li. de natura boni. ¶ Cū in deo inquit sint omnia que condidit. non tamen coinquinant eum illiqui peccant. ¶ Aug. de agone xp̄iano. ¶ Timēt quidam q̄ fieri non potest. scz ne humana carne veritas & substantia dei inquinet. et tamen predicant istum visibilem solem radios suos p oēs feces & sordes spargere. & eos mundos & sinceros seruare. ¶ Si ergo visibilia mūda a visibilibus immūdis contingi possunt & nō inquinari. quanto magis inuisibilis & incōmutabilis veritas. ¶ De cuius etiā sapientia que contingunt a fine vsqz ad finem fortiter dicitur. attigit omnia ꝓpter suam mundiciam. & nihil iquinatum incurrit. ¶ Postremo respondeant quid potius de deo respondendum estiment. vel q̄ nusqz per essentiam sit. vel q̄ vbiqz. vel alicubi. ita q̄ non vbiqz. ¶ Sed quis audeat dicere q̄ nusqz diuina essentia sit. vel q̄ alicubi & nō vbiqz. ¶ Si enī ita est alicubi q̄ non vbiqz. ergo localis ē. ¶ Est ergo vbiqz tota que continet totum & penetrat totum. que nec ꝓ sui simplicitate diuidi nec ꝓ sui puritate maculari. nec ꝓ sui īmensitate vllo modo comprehendi potest. ¶ Unde Aug⁹. ¶ Deꝰ vbiqz ē. cui nō loc⁹ & actōibꝫ ꝓpinquam?

¶ Qz cum deus sit vbiqz & in omni tempore. non tamen localis est. nec circumscriptibilis nec loco nec tēpore mouetur.

Cūqz diuina natura vtraciter & essentialiter sit in omni loco & in omni tempore. non tamen mouetur per loca vel tempora. nec localis est nec temporalis. ¶ Localis non est. qz penitus non circumscribitur loco. quia nec ita est in vno loco q̄ non sit in alio. neqz dimensionem habet sicut corpus cui ꝑm loca assignatur principium medium et finis. et ante et retro. dextra & sinistra. sursum & deorsum. qō sui interpositione facit distantiam circumstantium. ¶ Quibus nāqz his modis dicitur in scriptura aliquid locale siue circumscriptibile. & econuerso. ¶ Vel qz dimensionem capiens longitudinis. altitudinis. & latitudinis. distantiā facit in loco. vt corp⁹. vel quia loco diffinitur ac terminatur. quoniam cum sit alicubi non vbiqz inuenitur. quod non solum corpori. sed etiam omni creato spiritui congruit. ¶ Omne igitur corp⁹ omni mō locale est. spūs vero creatus quodāmō localis est. & quodāmodo non est localis. ¶ Localis quidem dicitur. quia diffinitione loci terminatur. quoniam aliqz alicubi presens sit totus. & alibi non inuenitur. non autē ita localis est vt dimensionez capiens. distantiam in loco faciat. ¶ Diuina igitur sola essentia omnino illocalis incircumscriptibilis est. que loc⁹ nec mouetur aliquo mō. s. vl' determinatōne finita. vel dimensione susceptа nec temporibus. s. affectu & cognitōe bis enī duobus modis. s. loco vel tempore fit mutatio creature que longe est a creatore. ¶ Unde Aug⁹. sup Gene⁹. Deus inquit omnipotens incōmuta-

bili eternitate. voluntate. veritate semper idem. mouet per tempus creaturam spiritualem. mouet etiam per tempus & locum creaturam corporalem. vt eo motu naturas quas condidit administret. Cum ergo tale aliquid agit. non debemus opinari eius substantiam que deus est. temporibus locisq; mutabilem siue per tempora & loca eē mobilem. cum sit ipse & interior omnire. quia in ipso sunt omnia. et exterior omnire. q; ipse est super omnia. & anterior omnibus. q; ipse est ante omnia et nouior omnibus. q; ipse est post omnia. s. post omnium mutia Ecce hic aperte ostenditur q; nec locis nec temporibus mutaf̄ vel mouetur deus. Spūalis autem creatura per tempus mouetur. Corpalis vero etiam per tempus et locum

Quid sit mutari ꝑm tempus.

Mutari autez per tempus est variari ꝑm qualitates interiores vel exteriores. que sunt in ipsa re que mutatur. vt quando suscipit vicissitudinem gaudij. & doloris. scientie obliuionis. vel variationem forme siue alicuius qualitatis exterioris. Hec eſt̄ mutatio que fit ꝑm tempus. variatio est qualitatum. que fit in corporali vel spirituali creatura. & ideo vocatur tempus.

¶ Opinio quorundā qui dicunt spiritus creatos non moueri loco. nec esse locales.

De mutatiōe vero loci magna inter cōquirētes disceptatio versaf̄. Sunt eſt̄ qui dicūt nullum spm̄ aliquo modo posse mutari loco. ab oi spū locū vniuersaliter remouere volentes. qm̄ ꝑm dimensionē trī̄ et circūscriptionē locī̄ constare asserūt atq; id solū locale vel in loco esse dicūt. qđ dimensionem recipit et distantiā in loco facit. Et hoc dicunt Aug̃. sensisse mutationem tēpis tm̄ spūali creature tribuentem. loci vero & temporis corpee

¶ Hic respōdetur eis.

Sed vt supra dixi mus. dupliciter res dicitur esse localis vel circunscriptibilis. s. vel quia dimēsionē recipit et distantiam facit. vel q; loci termino diffinitur. quor vtrunq; conuenit corporee creature. alterū vero trī̄ spūali. Nam vt supra diximus. corporalis creatura ita ē localis vel circunscriptibilis. q; terminatur diffinitione loci. & dimensionem recipiens distātiam facit. Spūalis vero tantū diffinitione loci concluditur cū ita sit alicubi q; non alibi. sed nec dimensionem recipit. nec distantiam in loco facit. q; si multi spūs essent hic non; coāgustarēt locum. quo minus de corporibꝫ contineret. Jōq; Augustin? attribuit mutationem loci corpi non spiritui. quia licet spūs transeat de loco ad locū nō tamen ita vt dimensionibꝫ circunscriptus. interpositione sui faciat distantiaꝫ circūstantium sicut corpus.

¶ Conclusio ex predictis q; spūs creati sunt locales & circunscriptibiles quodāmō. spūs vero dei dicitur omnino incircūscriptibilis.

His autez illi scriptorez qui defecerunt scrutantes scriptuia sanctorum annectunt testimonia Dicit enim Augustin⁹ in libro de symbolo. Hoc solum non potest deus qō non vult. per quod videtur non posse facere aliquid nisi quod vult. sed non vult nisi quod facit. ⁊ ita videtur non posse nisi quod facit. Illud ita intelligendum est. Id solum non potest de⁹ quod non vult. s. se posse. Idem in libro septimo confessionum ad deum loquens ait. Nec cogeris inuitus ad aliquid. quia voluntas tua non est maior q̄ potentia. Esset autem maior. si teipso tuipse maior esses. Ex hoc autē videtur q̄ deus nō possit plura q̄ vult sicut non vult plura q̄ potest. Sicut enim voluntas non est maior potentia. ita nec potentia est maior voluntate. Ideoqz sic plura ñ vult q̄ pōt. ita eum non plura posse q̄ velle dicūt Sed ad hoc dicimus. quia nec voluntas potētia. nec potentia vluntate maior est. quia vna ⁊ eadem res est potentia: voluntas scilicet ⁊ ipse deus. Qui esset maior seipso. si voluntas esset maior potentia. vel potentia voluntate. ¶ Nec hac auctoritate negatur deum plura posse q̄ velle. quia plura subiecta sunt eius potentie q̄ eius voluntati. Fateamur itaqz deum multa posse facere que non vult. ⁊ posse dimittere que facit. Quod vt certius firmiusqz teneatur. scripture testimo-

nijs asseramus deum plura posse face re q̄ faciat. Veritas ipsa fm Matheum ait. An putas quia non possum ro gare patrem meum. et exhibebit mihi modo plus q̄ duodecim legiones an gelorum. Ex quibus verbis patenter innuitur. quia etsi filius poterat roga re. quod non rogabat. et pater exhibe re quod non exhibebat. vterq; igitur poterat facere quod non faciebat. Au gustinus etiam in enchiridion ait Om nipotentis voluntas multa potest face re que non vult nec facit Potuit enim facere vt duodecim legiones angelo rum pugnarēt contra illos qui christū ceperunt. Itē in eodē cur apud quos dam nō facte sunt virtutes. que si facte fuissent egissent illi homines penitenti am. et facte sūt apud eos qui non erāt credituri. tunc non latebit quod nunc latet Nec itaq; deus iniuste voluit sal uos fieri. cum possent salui esse si vellēt Tunc in clarissima sapientie luce vide bitur quod nunc piorum fides habet. antecq̄ manifesta cognitione videatur q̄certa et immutabilis et efficacissima sit voluntas dei. que multa possit et nō velit. nihil autem quod non possit. ve lit. Idem in libro de natura et gratia. Dominus Lazarum suscitauit in cor pore. Nunquid dicendum est. non po tuit iudam suscitare in mente. potuit quidem. sed noluit. His auctoritati bus multisq; alijs aperte docetur. q̄ deus multa possit facere que non vult quod etiā ratione probari potest. Nō enim vult deus omnes iustificare. et ta men quis dubitat eum posse. Potest ergo deus aliud facere q̄ facit. et tamē si aliud faceret. alius ipse non esset. et potest aliud velle q̄ vult. et tamen eius voluntas nec alia nec noua nec muta bilis aliquo modo potest esse Et si em̄ possit velle quod nunc̄ voluit. non ta men nouitet. nec noua voluntate. sed sempiterna tantū voluntate velle po test Potest enim velle quod potest ab eterno voluisse. Habet ergo potentiā volendi nunc et ab eterno. quod tamē non modo vult. nec ab eterno voluit

¶ Distinctio. xliij.

An deus possit facere aliquid melius q̄ facit

Hunc illud re stat discutiendum. vtrum melius aliquid deus possit facere q̄ facit. Volent enim illi scrura tores dicere q̄ ea que facit deus nō po test meliora facere. quia si posset face re. et non faceret. inuidus esset. et non summe bonus. et hoc ex simili astruere conantur. Ait enim Augustinus in li bro. lxxxiij. questionū. Deus quem ge nuit. quoniam meliorem se generare non potuit. nihil enim deo melius. ge nuit equalem. Si enim voluit. et non potuit. infirmus est Si potuit et noluit inuidus. ex quo conficitur equalem ge nuisse filium. A simili volunt dicere. q̄ si potest deus rem meliorem facere q̄ facit. inuidus est. sed non valet hu ius similitudinis inductio. quia filium genuit de substantia sua Ideoq; si pos set gignere equalem. et non gigneret. inuidus esset. Alia vero que nō de sub stantia sua facit. melora facere potest.

¶ Questio qua illi artantur

Verum hic ab eis responderi depesco. cur dicant rem ali quam. siue etiam rerum vniuersitatez in qua maior consummatio expressa est non posse esse meliorē q̄ est. siue ideo quia summe bona est ita vt nulla om nino boni perfectio desit ei. siue ideo quia maius bonum quod ei deest ca pere ipse non valeat. sed si ita summe bona dicatur. vt nulla ei perfectio boni desit. iam creatura creatori equatur Si vero ideo non potest melior esse. quia bonum amplius quod ei deest capere

ipsa non valet. iam hoc ipsum non posse defectionis est. non consummationis. et potest esse melior si fiat capax melioris boni. quod ipse potest qui eam fecit. Potest ergo deus meliorem rem facere q̄ fecit. Unde Augustinus super genesim. Talem potuit deus hominem facere qui nec peccare posset nec vellet et si talem fecisset. quis dubitat eū meliorem fuisse. Ex predictis constat q̄ potest deus. et alia facere q̄ facit. et que facit meliora ea facere q̄ facit

¶ Utrum alio vl' meliori modo possit facere q̄ facit

Post hoc considerandum est utrū alio modo vel meliori q̄ facit. possit ea facere que facit. Si modus operationis ad sapientiā opificis referatur. nec alius nec melior esse potest. Non enim potest facere aliquid aliter vel melius q̄ facit. id est alia sapientia vel maiori sapientia. Nihil enim sapientius potest facere q̄ facit. Si vero referatur modus ad rem ipsam quā facit deus. dicamus quia et alius et melior. potest esse modus. et hm hoc concedi potest. quia ea que facit potest facere melius et aliter q̄ faciat. quia potest quibusdā meliorem modū existendi prestare. et quibusdā alium. Unde Augustinus in. xiq. libro de trinitate dicit. Quia fuit et alius modus nostre liberationis possibilis deo. qui omnia potest. sed nullus alius nostre miserie sanande fuit conuenientior. Potest igit̄ deus eorū que facit quedā alio modo meliori. quedā alio modo eque bono quedā etiam min⁹ bono facere q̄ facit. vt tamē modus referatur ad qualitatem creature. non ad sapientiā creatoris

¶ Utrum deus semper possit omne quod olim potuit

Preterea quezi solet. utrum deus semper possit omne qđ olim potuit. Quod quibusdā non videtur dicentibus. Potuit deus incarnari. et potuit mori et resurgere. et alia huiusmodi que modo non potest. Potuit ergo que modo nō potest. et ita habuit potentiam quā modo non habet. Unde videtur eius potentia minuta. Ad quod dicimus. quia sicut oīa semper scit. que aliquando scauit. et semper vult que aliq̄ndo voluit. nec vnq̄ aliquam scientiam amittit vel voluntatem mutat quam habuit. ita omnia semper potest q̄ aliquando potuit. nec vnq̄ aliqua potentia sua priuatur. Nō est ergo priuatus potentia incarnandi vel resurgendi. licet nō posset modo incarnari vel resurgere. Sicut em̄ potuit olim incarnari. ita et potest modo eē incarnatus in quo eiusdem rei potentia monstratur. vt em̄ olim scauit se resurrecturū. et modo scit se resurrexisse. nec est alia scientia. illud olim scauisse. et hoc modo scire sed eadē omnino. Et sicut voluit olim resurgere. et modo resurrexisse. in quo vnius rei voluntas exprimitur. ita potuit olim nasci et resurgere a morte. et modo potest natus fuisse et resurrexisse. et est eiusdez rei potentia. Si enim posset modo nasci et resurgere nō esset idē posse. verba em̄ diuersorū temporū diuersis prolata temporib⁹. et diuersis adiuncta aduerbijs. eundē faciunt sensū. vt modo loquentes dicimus Iste potest legere hodie. cras autem dicemus iste potest legisse vel potuit legere heri. vbi vnus rei monstratur potentia. Si autē diuersis temporibus loquentes. eiusdem tēporis verbis et aduerbijs vtamur. dicentes hodie. iste potest hodie legere. et dicēres cras. Iste potest hodie legere. nō idez diuersa dicimus eū posse. Fateamur igitur deum semper posse quicqđ semel potuit. id est habere omnē illam potentiam quā semel habuit et illius omnis rei potentiam cuius semel habuit. sed

non semp facere omne illud quod ali/ quando potuit facere. ¶ Potest quidez facere aut fecisse. quod aliquando po/ tuit. ¶ Similiter quicqd olim voluit. et vult id est omne quā olim habuit vo luntatē ⁊ modo habet. ⁊ cuiuscūqz rei voluntatē olim habuit ⁊ modo habet nō tñ vult esse vel fieri ōne quod aliqñ voluit eē vel fieri. ℔ vult fuisse vl factū esse. ita ⁊ de scientia dei dicendū est.

¶ Distinctio. xlv.

¶ De volūtate dei que essentia dei est vna ⁊ eterna. ⁊ de signis eius

IAm de volū tate dei aliquid pro sensus nostri ībecillitate dicendū est. ¶ Sciendū est igitur. quia voluntas siue volens de deo ꝑm essentiā dicitur. nō est enī aliud velle ⁊ aliud esse. sed ōnino. ¶ Et sic idē ē ei esse bonū qđ esse deū. ita est ei esse volentē qđ esse deū. ¶ Nam voluntas qua semp volens est. nō affectus vel motus est. qui in deū cadere nō valet sed diuina vsia qua vo lens est deus est ⁊ huiusmodi

¶ Dz licet idē sit deo velle quod esse nō tamē ꝑt dici deus esse oīa que vult

Et licet idē sit deo

velle quod esse. non tamē dicendū est deū esse omnia q̄ vult. quod quidā de dei voluntate nō recte sentientes. nob obiciunt dicentes. ¶ Si idē est deo velle quod esse. ergo cū dicimus deum velle omnia q̄ facit. dicimus eum esse omnia que facit. alioquin ibi nō illo verbo idē significatur quod significatur hoc verbo esse. cū de deo dr. ¶ Et si ita est. nō semp dicit de deo velle ꝑm essentiā. ¶ Si vero ꝑm essentiā nō dr aliquādo. quō ergo dicit de deo. relative eum nunqđ dr. ¶ Ad quod dicim? quia licet idem penitus sit deo velle quod esse. nō tamē potest di/ ci esse omnia q̄ vult. sicut idē est deo eē quod scire. nec tamē sicut dr scire omnia ita quoqz potest dici esse omnia

¶ Quis sit sensus horum verborū deus scit vel deus vult. Item deus scit om/ nia vel vult aliqd. ⁊ quid de eo in hijs predicetur

Et vbicunqz deus

scire vel sciens. ⁊ velle vel volens hec de deo ꝑm essentiā dicunt. ¶ Cuz enim dicit deus scit vel deus vult. siue de? est sciens vel volens. essentia diuina p̄/ dicatur ⁊ de? esse enūciatur. ¶ Cū autē addit ōnia vel aliquid vel aliq̄. ⁊ dicit deus scit ōnia vel vult aliquid vel aliq̄ essentia quidē diuina p̄dicatur. nō sim pliciter ⁊ absolute. sed ita vt scientie q̄ ipsa est. omnia subiecta monstrent. et voluntati que ipsa eadē est. aliquid vel aliqua dicantur subiecta. vt talis fiat sensus. ¶ Deus scit omnia. id est de? est cuius scientie que ipsius essentia ē om nia subiecta sūt. ¶ Similit deus vult hoc vel illa. i. deus est cuius voluntati que ipse est. hec siue illa subiecta sunt. ¶ Vo/ lens ergo siue velle dicitur deus ꝑm essentiam. cuius voluntas essentia est sempiterna ⁊ immutabilis licet ea va/ riantur ⁊ transeant. que ei subiecta sūt que nō potest esse iniusta nec mala qz deus est

¶ Dz dei voluntas sūme bona cau/ sa est omniū que naturaliter sunt. cui? causa non est querenda. quia nullā ha bet cum sit eterna

Hec itaqz summe

bona voluntas causa est omnium que naturaliter fiunt vel facta siue futura sunt. que nulla prevēta est causa. quia eterna est. ¶ Ideoqz causa ipsius que/ renda non est

¶ Hic dicit quare eius causa non est querenda

Qui enī ei? causaz

querit aliquid maius ea querit. cum nihil ea maius sit. ¶ Unde Augustinus

in libro.lxxxiij.questionū. Qui querit quare voluerit deus mundum facere. causam querit volūtatis dei. Omnis aūt causa efficiens maior est eo quod efficitur. Nihil autē maius est volūtate dei. nō ergo eius causa q̄renda est. Itē in libro contra manichæos. Si q̄ dixerint. quid placuit deo facere celū et terrā. Respondendū ē eis q̄ voluntatem dei nosse desiderāt. et causas et voluntatem dei fare q̄runt. q̄ volūtas dei omniū q̄ sunt ipsa sit causa Si eīm habet causam voluntas. est aliquid qđ añcedat voluntatē dei. qđ nephas est credere. Qui ergo dicit quare fecit deus celū et terrā. Respondendū est illi. quia voluit Voluntas eīm dei causa est celi et terre Et idō maior ē voluntas dei q̄z celū et terra. Qui aūt dicit q̄re voluit facere celū et terrā. maius aliquid q̄rit q̄z ē voluntas dei. Nihil aūt maius inueniri p̄t. Cōpescat ergo se humana temeritas et id qđ nō ē nō querat. ne id qđ est nō inueniat. Ecce hīs auctoritatib⁹ aperte insinuatur. q̄ voluntatis dei causa nulla est. et ideo querenda non est.

¶ Qz voluntas dei prima et sūma causa omniū est

Voluntas igiť dei

vt ait Augusti. in. iij. libro de trinitate. p̄ma et sūma causa ē oīm speciērū atq; motionū Nihil eīm fit qđ nō de interiori atq; intelligibili aula sūmi impatoris egrediatur p̄m ineffabilē iustitiam Vbi eīm nō opatur qđ vult dei omnipotentis sapiētia q̄ pertēdit a fine vsq; ad finē fortiť et disponit omnia suauiť et nō solū facit ea q̄ pseudocratia consuetudinis admirationē nō admittūt. sed etiaz ea que p̄ter raritatē et insolitum euentū mira videtur. Vt sunt defect⁹ luminariū. et terremotus. monstruosi animantiū partus et hīs similia. quoz nihil fit nisi dei voluntate. sed pleriſq; non apparet. Ideoq; placuit vanitati philosophoz etiam causis aliis ea tribuere cum omnino videre non possent superiorē ceteris omniū causam id est voluntatē dei. Itaq; nō nisi dei voluntas causa prima est sanitatis egritudinis. p̄miox atq; pēnax. gratiax et retributionū. hec igiť sola est. vnde oritū est quicq̄d ē. et ipsa nō ē orta. q̄ eterna.

¶ Quibus modis in scriptura accipitur dei voluntas

Hic nō est pretere

undū nobis quod sacra scriptura de voluntate dei variis modis loqui consueuit. et tamen non est volūtas dei diuersa. sed locutio diuersa est de voluntate quia nomine volūtatis diuersa accipit Nam voluntas dei vere ac proprie dicť que in ipso est. et ipsius essentia est. et hec vna est. nec multiplicatarez recipit. nec mutabilitatē que inexpleta esse nō potest. De qua prophēta ait. Omnia q̄cunq; voluit dñs fecit. et Apls Voluntati eius quis resistet. Et alibi Et probetis que sit voluntas dei bona et beneplacēs et pfecta Et q̄ volūtas recte appellať bñplacitū dei siue dispositio.

¶ Qz p̄m figurā dicitur voluntas dei preceptio. siue prohibitio. consilium. permissio operatio. et ideo pluraliť dicit scriptura voluntates

Aliquando vero

p̄m quandā dicendi figuram. volūtas dei vocatur. quod p̄m proprietatem non est voluntas eius. preceptio. prohibitio. consilium. necnon permissio et operatio. Ideoq; pluraliter aliquādo scriptura voluntates dei pronunciat. Vnde prophēta. Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius cum non sit nisi vna voluntas dei que ipse est. pluraliter tamen dicit voluntates. quia voluntas dei variis modis

ac pro diuersis accipitur. vt dictū est. Ita etiam idem ipse deus propter multos effectus misericordie et iustitie pluraliter dicit. Misericordias dñi in eternum cantabo. et alubi. Justicie domini recte letificantes corda. cum tamen in deo vna sit misericordia vna sit iustitia. eademq; sit misericordia que iustitia scilicet diuina vsia

¶ Quare ꝑceptio et prohibitio et consilium dicantur dei voluntas.

Ideo autē precep

tio et prohibitio atq; consilium. cū sint tria. dicitur autē vnūquodq; eoꝝ dei voluntas. quia ista signa sūt diuine voluntatis. quemadmodū et signa ire. dicuntur ira. et dilectionis signa. dilectio appellantur et dicitur iratus deus et tamen non est ira in eo aliqua. sed signa tm̄ que foris fiunt. quibus irat⁹ ostenditur. ira ipsius nominatur. Et est figura dicendi. ꝑm quam non est falsum quod dicitur. sed vez quod dicitur sub tropi nubilo obumbratur. et ꝑm hos tropos diuerse voluntates dei dicūtur quia diuersa sunt illa que per tropum voluntas dei dicuntur.

¶ Ubi voluntas dei pro precepto et consilio accipiatur

Pro precepto dei

atq; consilio potest accipi dei voluntas vt ibi. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. et alibi. qui facit voluntatē patris mei qui in celis ē. ipse frater meus et soror mea et mater mea est Et contra hanc voluntatē multa fiunt Unde Augustinus in libro de spiritu et litera Infideles inquit cōtra voluntatez dei faciunt cū eius euangelio nō credunt.

¶ Qz deus non vult ab hominib⁹ fieri omnia que precipit. vel non fieri que prohibet

Et si illa tria dicūt

dei voluntas ideo quia signa sunt diuine voluntatis. non est tamē intelligendum deū omne id fieri velle quodcūq; ꝑcepit. vel non fieri quodcunq; prohibuit. Precepit enim Abrahe immolare filiū. nec tamē voluit. nec ideo precepit vt id fieret. sed vt abrahe probaretur fides. et in euangelio precepit sanato ne cui diceret. Ille aūt predicauit vbiq; intelligens deū non ideo ꝑhibuisse quin vellet opus suum predicari. sed vt daret forma hominī laudē humanā declinandi Permissio quoq; dei et operatio voluntas dei appellant̄ qualiter accipit Augustinus in enchiridion dicens. Non fit aliquid nisi omnipotens fieri velit. vel sinendo vt fiat. vel ipse faciendo. Nec dubitandū est deū facere bene. etiā sinendo fieri quecunq; fiunt male Nō enim hoc nisi iusto iudicio sinit. et profecto bonū est omne quod iustū est. Ecce manifeste habes dei voluntatem appellari ipsius operationem vel permissionē. cum dicat non fieri aliquid nisi omnipotens fieri velit vbi includit et bona et mala omnia que fiunt. Ideoq; aperte distinguit quō deū velle dixerit. ne eadē ratione intelligeretur velle bona et mala. subdens vel sinēdo vt fiant. hoc q̄tū ad mala dicat. vel ipse faciendo. hoc q̄tū ad bona Mala enim sinit fieri. ꝑ nō facit. bona vero ipse facit. Ideoq; dixit eū velle. qz et volens mala sinit. et volēs bona operatur. et ob hoc permissio et operatio voluntas dei dicuntur

¶ Quinq; supra posita sunt. que dicuntur ꝑm tropum. et ideo distinguit lector vbicunq; pro vnoquoq; eoꝝ accipiatur voluntas.

Quinq; igit̄ supra

posita sunt. que ꝑm tropū dicuntur dei voluntas quia signa sūt diuine voluntatis que vna est et immutabilis scz dei beneplacitū. Ideoq; diligēter distinguat lector vbi de volūtate dei scꝑtura

cõmeõrat iuxta quẽ modũ accipi opor teat. vtr scz,p bñplacito dei.an,p aliq̃ signor eius. ¶Magna em̃ est adhibenda distinctio in cognitione diuine voluntatis.quia t beneplacitũ dei est voluntas eius.t signũ bñplaciti ei? dr voluntas eius.Sed beneplacitũ eius eternum est.signũ vero beneplaciti eius nõ ¶Et cõsonat rerũ effectibus. beneplacitũ ipsius.t ipsi effectus rer ab illo nõ discordant.fit em̃ omne quod beneplacito vult fieri.t omne quod vult non fieri.nequaq̃ fit. Non autẽ ita est de signis. quia precepit deus multis ea q̃ non faciunt. et prohibet que non faciunt.t consulit que non implent

¶Distinctio.xlvi.

¶Illi sententie qua dictum est dei voluntatem posse cassari que ipse est quedam videntur obuiare

Hic questio

oritur Dictũ est enim in superioribus? t auctoritatibus cõmunitũ.q̃ voluntas dei que ipẽ est vocaturq̃ beneplacitũ eius.cassari nõ potest. quia illa voluntate quecunq̃ voluit fecit in celo t in terra. cui teste apostolo nihil resistit. ¶Queritur ergo quomodo accipiendũ sit. quod apostolus de domino ait.qui vult omnes homines saluos fieri. Cũ em̃ nõ omnes salui fiant.sed plures dãnentur videt vtiq̃ non fieri quod deus vult fieri. humana scz voluntate impediente voluntatẽ dei Dominus quoq̃ in euangelio impiam auitatẽ compellãs quotiens inquit volui cõgregare filios tuos.sicut gallina cõgregat pullos suos sub ala.t noluisti Ita hec dicũtur tã q̃ dei voluntas superata sit hominũ voluntate.t infirmissimus nolendo.impedientib? non potuerit facere potentissimus quod volebat. Vbi est ergo illa omnipotẽtia.qua in celo t in terra ſm ꝓphetam.omnia q̃cunq̃ voluit fecit.t quomodo voluntati eius ſm apostolũ nihil resistit si colligere filios israhel voluit t non fecit.hec em̃ p̃dictis pluribus obuiare videntur Sed audiamus solutionẽ.ad primũ quomodo accipiendum si illud quod dom̃? ait videamus. Non em̃ ex eo sensu illud dictũ est.vt ait Augustinus in enchiridion. predictã soluens questionẽ. quasi dominus voluerit colligere filios israhel.t non sit factuz quod voluit.quia ipsa noluerint.sed potius illa quidez filios suos ab ipso colligi noluit.quatamen volente filios eius collegit ipse omnes quos voluit . quia in celo t in terra.non quedã voluit t fecit.quedã vero voluit t non fecit.sed omnia quecunq̃ voluit fecit.vt sit sensus. Quotiens volui cõgregare filios tuos t noluisti.id est quotq̃t congregaui voluntate mea semp efficaci te nolente feci. Ecce hoc in euidenti positum est. quia illa dñi ꝝba supioribus? nõ repugnãt

¶Quomodo intelligendũ sit illud qui vult omnes homines saluos fieri.

Hũc videre restat

quomodo etiam p̃missa verba apostoli p̃dictis non contradicant . qui de deo loquens ait. Vult õnes hoies saluos fieri.quor occasione ꝝborum multi a veritate deuiarũt dicẽtes deũ multa velle fieri q̃ non fiunt.ſ nõ est intelligendũ ea ratione illud eẽ dictũ quasi de? voluerit aliqs saluari t nõ saluent Quis em̃ tã impie desipiat vt dicat deũ malas hominũ volũtates quas voluerit. t q̃ voluerit.t vbi voluerit in bonuz non posse cõuertere. Nõ est vtiq̃ ver qd̃ in psalmo dr. Quecunq̃ voluit fecit si aliq̃ voluit t nõ fecit.t qd̃ est indignius ido nõ fecit. q̃nã ne fieret qd̃ volebat omnipotẽs . volũtas homis impediuit. Ideoq̃ cũ audim? t in sacris literis legim?.q̃ velit oẽs homines saluos fieri . nõ tamẽ ido debem? omnipotẽtissime dei volũtati aliq̃d derogare.sed ita intelligere q̃d scriptũ est.

Vult oēs hoīes saluos fieri tanq̄ dicere nullū hoīnē fieri saluum: nisi quē ipē voluerit. nō q̄ nullus sit hoīm nisi quē saluuz fieri velit. sed q̄ nullus fiat saluus nisi quē velit saluari. ⁊ ideo rogandus est vt velit. quia necesse est fieri si voluerit. Nō est eīi credendus omnipotens aliud voluisse fieri. quod factū non sit. Hic etiā intelligitur illud Illuminat omnē hoīnē venientem in hunc mundū. non quia nullus hoīm num est qui non illuminetur. sed quia nisi ab ipso nullus illuminat. Potest ⁊ alio modo illud intelligi. dum tamē credere non cogamur omnipotentē ali quid voluisse fieri. factūq̄z non eē. qui sine vllis ambiguitatibus si in celo ⁊ in terra sicut veritas cantat. omnia que/cunq̄z voluit fecit. profecto facere nō voluit. quodcunq̄z non fecit. Ex hīs apte ostenditur q̄ deus ea voluntate que ipē est non vult aliquid fieri quod non fiat. neq̄z non fieri quod fiat.

¶ Vtrum omnia mala que fiunt dei voluntate fiant. an eo nolente

Ideoq̄z cū cōstet omnia bona que fiunt. eius fieri bona voluntate. que si fieri nollet nullate? fierent. recte queri solet. vtrū etiā ma la que fiunt id est peccata. dei fiant vo/luntate. an eo nolente fiant. Super hoc diuersi varie sentientes sibi contra dicere inueniuntur. Alij eīi dicunt q̄ deus vult mala esse vel fieri. non tamē vult mala. Alij vero q̄ nec vult mala esse nec fieri. In hoc tamē conueniunt et hīj ⁊ illi. q̄ vtriq̄z fatētur deum ma/la non velle. vtriq̄z vero rationib? atq̄z auctoritatibus innituntur ad mumen/dum suam assertionem

¶ Prima ratio illoruz qui deum fieri velle mala dicunt

Qui enī dicūt deū velle mala eē vel fieri. suam hīs mo/dis muniunt intentionē. Si enim in/quiunt mala non esse. vel non fieri vel/let. nullo modo essent vel fierent. quia si vult ea non eē vel non fieri. ⁊ nō po test id efficere. scilicet vt non sint vel nō fiant. voluntati eius ⁊ potentie aliquid resistit. ⁊ non est omnipotēs. quia non potest omne quod vult. sed impotens est sicuti ⁊ nos sumus. qui quod volu mus quandoq̄z nō valem?. Sed quia omnipotens est ⁊ in nullo impotēs cer tum est non posse fieri mala vel eē. nisi eo volente. Quomodo ergo eo inuito et nolente posset ab aliquo malū fieri. cum scriptum sit. Voluntati eius quis resistit. Supra etiaz dixit Augustin? quia necesse est fieri si voluerit. ſ vult mala fieri. aut non fieri. si vult nō fieri mala non fiunt. fiunt autē. vult igitur fieri. Itē bonum est mala esse vel fieri alioquin summe bonus non permitte/ret ea fieri. Unde augustinus in enchi ridion. Quis ea inquit que mala sunt inquantū mala sunt. non sunt bona. ta men vt nō solū bona. ſ etiā sint ⁊ mala bonū ē. Nā nisi essz hoc bonū vt esset et mala nullo mō eē sinerētur ab ōni/potenti bono Cui p̄culdubio q̄z facile est q̄d vult facere. tam facile ē q̄d non vult eē. nō sinere. ſ nisi credam? pidi/catur nostra cōfessio. qua nos in patrē ōnipotentē credere cōfitem̄. Ecce hic aperte habes q̄ bonū ē mala eē. Dis aūt boni deus auctoz ē. qui vult omne bonū esse q̄d est. Cum ergo bonū sit mala fieri vel esse. ⁊ vult mala fieri vel esse. Hīs atq̄z alīs huiusmodi ratio/nibus ⁊ auctoritatib? vtuntur. qui di cunt deum velle mala esse vel fieri

¶ Hic exponit rationes illoruz qui dicunt dei voluntate nō fieri mala

Illi vero qui di cunt dei volūtate mala ñ fieri vl nō eē inductionib? p̄missis ita respondēt di/centes deū nec velle mala fieri nec velle nō fieri vel nolle fieri ſ tm̄ nō velle fieri

Si enim vellet ea fieri vel esse. faceret vtiqz ea fieri vel esse. & ita esset auctor malorum. non est autez auctor malorum. vt sanctorum attestantur auctoritates. Non ergo eius voluntate fiunt mala. Item Si nollet mala fieri. vel vellet non fieri & tamē fierent. omnipotens non esset. cum eius voluntas humane voluntatis effectu impediretur. Ideoqz non cōcedunt dēū velle mala fieri. ne malorum auctor intelligat. nec concedūt eum velle mala nō fieri. vel nolle fieri. ne impotēs esse videat sed tm̄ dicunt eū nō velle mala fieri. vt nō auctor sed permissor malorum monstret. Unde & euangelista vbi ostendit deum auctorē esse omniū bonorum dicens. Omnia per ipsū facta sunt. consequēter malorum auctorē esse negat dicens. et sine ipso factū est nihil. id est peccatum. Non dixit per eū factum esse vel eo nolente & inuito. sed tm̄ sine eo. id ē sine eius voluntate. quia nō eius voluntate fit peccatū. ergo nō eo volente vel nolente. sed nō volēte fiunt mala. quia non subest dei voluntati vt malum fiat vel nō fiat. sed vt fieri sinat. quia bonum est sinere mala fieri. & vtiqz volens sinit nō volens mala. sed volens sinere sinit vt ipsa fiant. quia nec mala sūt bona nec ea fieri vel esse bonū est.

¶ Quomodo sit itelligendū illud Augustini. mala fieri bonū est

Quod vero augustinus

ait. mala fieri bonū est. nec sinerentur mala ab omnipotēti bono fieri. nisi hoc esset bonū vt ea essent ea ratione dictū esse asserūt quia ex malis que fiunt deus bona elicit. nec ipē permitteret ea fieri. nisi de eis bene aliquid faceret. Unde Augustin⁹ in enchyridion. aperte indicans p̄dictorum verborum talem esse intelligentiā ait. Deus omnipotens cui rerum est summa potestas cū summe bonus sit. nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis. nisi vsqz adeo esset omnipotēs & bonus vt bene etiā faceret de malo Itē in codē Melius iudicauit deus de malis bona facere q̄z mala nulla permittere. Ex hoc itaqz sensu dictū est ac verū est. bonū esse mala fieri. quia ex malis que fiunt bonis qui sm̄ p̄positū vocati sunt sancti accedit bonitas id est vtilitas. Talibus eim̄ vt ait apostolus. in bonū cooperantur ōnia etiā mala. qz eis p̄sunt. que alijs facientib⁹ obsunt. Unde etiā aliquando in scriptura legit malū appellari bonū Et Hieronym⁹ super marcū inquit Malū iude bonum fuit scz nob nec si bonū est illi vel illi inde sequit q̄ simpliciter bona sit. Propie enim ac simpliciter bonum est quod in se & facienti bonum est.

¶ Quadripartita est boni acceptio

Est enim aliquid

quod in se bonum est. & cui fit. sed non est bonū facienti. vt cū subuenitur pauperi. sed non p̄pter deū. Et aliquid bonum in se & facienti. sed non ei cui fit vt cum veritas p̄pter deum p̄dicatur. Et aliquid in se et facienti & cui fit bonū. vt cum veritas propter deū p̄dicatur credenti. Unde apostol⁹. Bonus odor sum⁹ deo. alijs odor vite. alijs odor mortis Est autē aliud quod nec in se bonū est. & facienti nocet & damnat nisi p̄niteat. vt malum. valet tamē ad aliquid & id̄o dicit bonū. id est vtile vt cū ait Augustin⁹ in enchyridion Summe & equaliter & immutabiliter bona trinitate creata sūt omnia. nec tamē summe. nec equaliter nec immutabiliter bona. sed tamē bona etiā singula. simul vero vniuersa valde bona. Quia ex omnib⁹ cōsistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. in qua etiam illud quod malum dicitur bene ordinatum & loco suo positum eminentius commendat bona. vt magis placeant & laudabiliora sint. dum comparantur malis.

¶ Qz mala vniuersitati valent ⁊ facientibus sua propria vel patientibus aliena prosunt electis tamen

Hinc patet quod

ex malis que fiunt aliquādo prouenit bonū. dum bona magis placent. ⁊ laudabiliora exīstūt Ipsis etiā facientibꝫ ex malis que faciunt interdū bona veniunt. si ꝑm proposituꝫ vocati sūt sancti Talibus em̄ vt ait Augustin⁹ in libro de correctione ⁊ gratia. vsqꝫ adeo de⁹ omnia cooperatur in bonum. vt si qui eorum deuiant ⁊ exorbitant. etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonū qz humiliores redeunt atqꝫ doctiores vt petrus. Illa etiā mala que ab iniquis fideles pie perferunt. vt ait Augustinus in libro de trinitate. ipsis vtiqꝫ ꝓsunt vel ad demenda peccata. vel ad exercendam probandamqꝫ iustitiā. vel ad demonstrandaꝫ huius vite miseriā Ideoqꝫ ⁊ Job dei manū. ⁊ apostol⁹ satbane stimulū sensit. ⁊ vterqꝫ bene profecit quia malum bene portauit

¶ Ex predictis cōcludit. ostendēs etiam esse bonum fieri mala multis modis

Si quis igitur dili

gēter attendat que scripta sunt. facile est ei percipere ex malis bona prouenire. ⁊ ex ea ratione dictuꝫ esse ab Augustino. quod bonū est mala fieri vel ee. nō qz malū sit bonū vel qz bonū sit mala fieri. nō ē em̄ bonū malū fieri ab aliq̄. qz nō ē bonū vt aliqs faciat malū Si enim hoc esset bonū. profecto hui⁹ deus auctor essꝫ qui est auctor omnis boni. Qz si deus hui⁹ auctor est. eo ergo auctore. homo agit malum. ⁊ ita eo auctore homo fit deterior. ⁊ si eo auctore fit deterior. tunc eo volente homo fit deterior. Idem enim est dicere aliquid fieri deo auctore. quod deo volente. Deo autē auctore non fit homo deterior. ergo nec deo volente. vt Augustin⁹ in libro. lxxxiij. questionū apte astruit a maiori dicēs ita Nullo sapiēte hoīe auctore fit homo deterior. Tāta enim est ista culpa. que in sapientē hominē cadere nequit Est autē deus homine sapiente ꝑstantior. multoꝫ igitur deo auctore fit homo deterior. Multo enim est ꝑstantior dei voluntas ꝙ hominis sapientis. Illo autem auctore cum dicitur. illo volente dicitur. Est ergo vicius voluntatis quo est homo deterior. quod viciū si longe abest a dei voluntate. vt ratio docet. a quo sit. querendū ē. Ecce aperte dicit hic Augustinus. deo auctore vel volente hominē nō fieri deteriorē. sed vicio voluntatis sue. Non est ergo deo auctore ꝙ malum fit ab aliquo. ⁊ ita deo volēte mala non fiunt

¶ Qz in deo non est causa vt sit homo deterior

Deinde idē augus

q̄rens. q̄ sit causa vt sit homo deterior quā i deo nō ee asserit in eodē li. sic dicens. vt sit homo deterior. aut in ipo ē aut in alio. aut in nihilo. Si in nihilo. nulla causa ē. si in alio aut in deo. aut in aliq̄ q̄libet homine. aut i eo qđ nec deꝰ nec hō sit. Sꝫ nō in deo bonoꝝ em̄ deus tm̄ causa est. ergo aut in homine ē. aut in eo qđ nec deꝰ nec hō aut in nihilo Ex hīs aperte oñditur ꝙ nō ē bonū vt sit hō deterior. quia nō ē deꝰ eius rei causa q̄ tm̄ bonoꝝ causa ē ⁊ si non ē bonū vt hō fiat deterior. nō est igit̄ bonuꝫ vt ab eo fiat malū. non igit̄ vult deꝰ vt ab eo fiat malū

Aliť ꝓbat ꝙ do auctore nō fiūt mala

Item aliter etiaꝫ

oñdit̄ ꝙ do auctore e. i. volēte nō fiunt mala. quia ipē nō est causa tēdendi ad non esse. tendere em̄ ad nō ee malū ē Ipē autē auctor mali nō ē. tendit vero ad nō esse qui operatur malū. Non ergo do auctore ē ꝙ aliqs opať malū

quia tm̃ boni ꝺeus auctor est Hoc aũt Augustinus in eodẽ libro aperte explicat ita dicens. Qui oim q̃ sunt auctor est. ⁊ ad cui⁹ bonitatẽ id ptinet. vt sit omne qꝺ est. boni tantũmodo causa ẽ quo circa auctor mali nõ est. ⁊ iꝺo ipe sũmũ bonũ est. a quo ꝺeficere in nullo bonũ est. ⁊ malũ est ꝺeficere. Non est igitur causa ꝺeficiendi. i. rendẽdi ad nõ esse. qui vt ita dicam essendi causa est. quia omniũ que sũt auctor est. que inquantũ sunt bona sunt Ecce aperte habes quia ꝺeficere a ꝺeo qui est summũ bonuz malum est. Mala ergo facere malum est. Non ergo ꝺeo auctore vl volente mala fiunt

¶ Obiectio quoꝝundam sophistica. qua probare nituntur ex ꝺeo esse ꝙ mala fiunt.

Jam sufficienter

ostensum est ꝙ ꝺeo auctore non fiunt mala. Quidã tamẽ sophistice incedentes. ⁊ iꝺeo ꝺeo odibiles. probare conãtur ex ꝺeo auctore eẽ ꝙ mala fiunt hoc modo. Q̃ mala fiunt vrũ est. Omne aũt vrũ qꝺ est a veritate est que ꝺeus est. A ꝺeo igitur est ꝙ mala fiunt. Q̃ autẽ omne vrum a ꝺeo sit confirmant auctoritate Augustini in libro. lxxxiij. questionũ ita dicentis. Omne vrum a veritate vrum est. est autem veritas ꝺeus Deum igitur habet auctorẽ oĩe vrum. Est autem vruz ꝙ mala fiunt vel sunt. ꝺeo ergo auctore est ꝙ sunt vl fiunt mala.

¶ Responsio vbi concedit õne vꝝ esse a ꝺeo. ⁊ sophisma aperit

Quibus facile est

nobis respondere. sed indignũ responsione videtur qꝺ dicunt. Omne nanqz vrũ a ꝺeo est. vt ait Augustinus cui consonat Ambrosi⁹. qui tractãs illud vrbũ apostoli Nemo potest dicere dnm⁹ Jhesus nisi in spiritusancto. dicit ꝙ omne vꝝ a q̃cunqz ꝺr a spũsancto est. Cũ itaqz vꝝ sit ꝙ mala fiunt. hoc vrũ quod dicit illa locutione. scz mala fiunt a ꝺeo est. ꝫ nõ inde sequtur ꝙ a ꝺeo sit vt mala fiant Si eĩ hoc diceret auctor malorꝝ ꝺeus esse intelligeretur quod ex simili manifeste falsũ ostenditur. Deus prohibet furtũ fieri. sed furtum fieri verum est. ergo prohibet verum. non sequitur.

¶ Partẽ questionis approbat illoꝝ scz qui dicunt ꝺeũ nõ velle mala fieri.

Hec igit̃ et alia hu

iusmodi inania relinquẽtes. premisse questionis saniori parti fauentes. que sanctorꝝ testimonijs plen⁹ approbat̃. dicam⁹ ꝺeũ nõ velle mala fieri. nec rẽ velle nõ fieri neqz nolle fieri. Omne eĩ quod vult fieri. fit. ⁊ omne qꝺ vult non fieri. non fit Fiunt autẽ multa que non vult fieri. vt omnia mala

¶ Distinctio. xl vij.

¶ Qꝝ voluntas dei semp impletur de homine quocunqz se vertat

Voluntas q̃p

pe dei, semp efficax ẽ vt fiat oĩe quod velit. et nihil fiat qꝺ nolit. q̃ ꝺe hoie semp adimplet̃ q̃cunqz se vertat. Nihil eĩ vt ait Augustinus in libro de libero arbitrio cõstitutũ. superat voluntatẽ dei. etsi faciat contra eius voluntatẽ. tamẽ non contra eius voluntatẽ que ipse est. nichil putandũ est ita fieri. tanqz velit fieri. ⁊ non fiat. vel nolit fieri ⁊ fiat. Illa enim voluntas vt ait Augustinus in enchiridion. semper impletur aut ꝺe nobis. aut a nobis. ꝺe nobis implet̃ sed tamẽ non implemus eam quando peccamus A nobis impletur quando bonum facimus. Ideo enim facimus quia scimus placere ꝺeo. Ita ꝺe homine semper ꝺeus suã implet voluntatẽ quia nihil facit homo ꝺe q̃ ꝺeus nõ optetur. qꝺ vult Nõ eĩ vult ꝺe⁹ vt peccet homo quilibet Si aũt peccauerit

penitenti vult parcere vt viuat. In pec
catis vero perseuerantē punire vt iusti
cie potentiā contumax nō euadat. Si
cut alios ab eterno p̄parauit ad penaz
ita alios p̄parauit ad gloziā Hec sunt
magna opera dñi exquisita in ōnes vo
luntates eius. ⁊ tā sapiēter exq̄sita. vt
cū angelica ⁊ hūana creatura peccasset
.i. nō qđ ille sed qđ voluit ipsa fecisset
etiā per eandē creature voluntatē qua
factū est qđ creator nō voluit. īpleret
ipē quod voluit. benevtens etiā malis
tanq̄ sūme bonus ad eoz dānationē
quos iuste p̄destinauit ad penam ⁊ ad
eoz salutē quos benigne p̄destinauit
ad gloziā. Quantū eñ ad ipsos attī
net. quod deus nolunt fecerūt. quantū
vero ad omnipotentiā dei. nullo modo
id facere valuerūt. hoc quippe qđ cōtra
voluntatē eius fecerūt de ipsis facta
est voluntas eius. Propterea nanqz
magna opa dñi sunt exquisita. in oīs
voluntates eius. vt miro ⁊ ineffabili
modo non fiat p̄ter voluntatē eius
illud quod etiā fit p̄ta voluntatē eius
quia nō fieret si nō sineret. ne vtiq̄ no
lens sinit. sed volens nec sineret bonū
fieri male nisi omnipotens. ⁊ de malo
posset facere bonū. Hijs verbis euidē
ter monstratur q̄ voluntas dei eterna
semp impletur de homine etiā. si faciat
homo cōtra dei voluntatē. Sed atten
dendū est diligēter. quō in superioribꝫ
dicat fieri aliq̄d cōtra dei voluntatē. qđ
tamen non fit p̄ter eam. ⁊ qualiter
intelligendū sit illud. Ētū ad se fece
runt qđ deus noluit. q̄tū vero ad ōnipo
tentiā dei. nullo mō id facere valuerūt
Vident eñ ista supioribꝫ obuiare vbi
dictū est voluntati eius nihil resistere.

¶ Hic aperit dicens diuersis modis
supra accipi dei voluntatē

Verꝫ vt sup̄ dixi
mus voluntas dei multis modis acci
pitur. que diuersitas in p̄dictis verbis
si diligenter notetur. nihil ibi contra
dictionis reperitur. Vbi eñ dicit non
fieri p̄ter dei voluntatez. etiā quod
contra eius voluntatē fit. dissimiliter
accepit voluntatē. ⁊ non ipsam volun
tatem que deus est. ⁊ sempiterna est.
sed eius signa p̄dictis verbis intellgi
voluit. id est p̄hibitionē siue p̄cep
tionem ⁊ permissionem.

¶ Ex quo sensu quedam dicuntur
fieri contra dei voluntatē. que tamen
non fiunt p̄ter eius voluntatē. ⁊ ex
quo sensu verum sit nihil fieri contra
eius voluntatem

Multa enim fiunt
contra domini p̄ceptū vel contra p̄hi
bitionem. que tamen non fiunt p̄ter
eius permissionem Ipsius nanqz per
missione omnia fiunt mala. que tamē
p̄ter eius voluntatez sempiternā fi
unt sicut Augustinus dicat sup̄ illum
locū psalmi. vt loquatur os meū opa
hominū. Opera eñ hominū dicat ea q̄
mala sūt. que p̄ter dei voluntatem
fiunt. que ipse est. sed non p̄ter eius
permissionem. que ipse non est Appel
latur tamē ipsa dei voluntas. quia de
volens sinit mala fieri Fiunt etiā con
tra eius p̄ceptionē vel p̄hibitionē
sed non contra eius voluntatem. que
ipse est nisi dicantur contra eam fieri.
quia p̄ter eam fiunt. Contra eam
quippe nihil fit ita. vt velit fieri ⁊ non
fiat. vel nolet fieri ⁊ fiat. quod ibi eui
denter Augustinus notauit. vbi ait.
Quantum ad ipsos attinet. quod de
nolunt fecerunt. quantum vero ad om
nipotētiā dei. nullo mō id facere value
runt. ac si diceret. Fecerūt cōtra dei p̄
ceptū. qđ appellat volūtas. sed nō fe
cerūt contra dei voluntatē ōnipotētē
quia hoc nō valuerūt. illud valuerūt. ⁊
ita per hoc q̄ fecerūt cōtra dei voluntra
tem id est p̄ceptū. de ipsis facta est vo
luntas eius id est impleta ē voluntas
eius sempiterna. q̄ eos dānari volebat

Unde gregorius super genesim Multi voluntatē dei peragunt. unde mutare contendunt. ⁊ consilio eius resistentes obsequūtur. quia hoc eius dispositioni militat quod per humanū studiū resultat Hic aperte ostēditur. quia dū mali consilio ac precepto dei resistunt. quod dei volūtas appellatur. ea faciūt unde voluntas eius que ipē est impletur. que dispositio vel beneplacitū vocatur. Nam vt ait Augustinus in enchiridion Quantelibet sint voluntates angelorū vel hominū bonorum vel malorum. vel illud quod deus ē. vel aliud volentium q̄ deus. omnipotentis voluntas semper inuicta est. que mala eē nunq̄ potest. que etiā dum mala irrogat iusta est. ⁊ profecte que iusta est mala non est. Deus igitur omnipotēs siue per misericordiā cui vult misereat siue per iudicium quē vult induret. nec inique aliq̄d facit. nec nisi volēs quicq̄ facit. ⁊ omnia quecunq; vult facit

¶ Summatim perstringit sententiam predictorū. addens quare deus p̄cepit omnibus bona facere ⁊ mala vitare cum non velit hoc impleri ab omnibus

Ex p̄dictis liquet

q̄ voluntas dei que ipse est semper inuicta est. nec in aliquo cassatur. sed per omnia impletur. Consilium vero eius atq; precepcio siue prohibitio. non ab omnibus implentur. quibus ꝓposita ⁊ data sunt. Neq; ideo precepit omnibus bona vel prohibuit mala. vel consuluit optima. q̄ vellet ab omnib⁹ bona que precepit fieri vel mala que prohibuit vitari. si em̄ vellet. vtiq; ⁊ fierēt quia in nullo potest ab homine superari vel impediri volūtas eius. sed vt iusticiam suam hominibus ostenderet. et mali essent inexcusabiles. veniq; vt boni ex obedientia gloriam. mali ex inobedientia penam sortirētur sicut vtriq; ab eterno preparauit. Ea igitur quē omnibus precepit vel prohibuit. a quibusdam voluit fieri vel vitari. sed non ab omnibus. ⁊ quedā personaliter p̄cepit. ⁊ in veteri ⁊ in noua lege que ab eis quibus p̄cepit fieri volut Et abraē de immolatione filij. ⁊ in euangelio quibusdam curatis quib⁹ precepit ne cui dicerent

¶ Oz aliquando homo bona volūtate aliud vult q̄ deus. ⁊ aliquando etiam mala idem quod deus bona voluntate vult.

Sciendum quoq;

est quod aliquando mala est voluntas hominis idem volentis quod de⁹ vult fieri. ⁊ aliquādo bona est voluntas hominis aliud volentis q̄ deus Ubi em̄ bona sit hominis voluntas oportet attendere. quid congruat ei velle. ⁊ quo fine. Tantum em̄ interest inter voluntatem dei et voluntatem hominis. vt in quibusdaz congruat aliud deo velle aliud homini. Unde Augustinus in enchiridion. Aliquando inquit bona volūtate homo vult aliquid quod de⁹ non vult. bona multo amplius multoq; certius voluntate. Nam illius mala volūtas esse nunq̄ potest. tanq̄ si bonus filius patrem velit viuere. quem deus bona voluntate vult mori et rursus fieri potest vt hoc velit homo voluntate mala quod deus vult bona. Uelut si malus filius velit mori patrem. velit etiam hoc deus. nempe ille vult quod non vult deus. iste vero id vult quod vult et deus. et tamē bone dei voluntati pietas illius potius consonat. q̄uis aliud volentis q̄ huius idem volentis impietas. Multum enim interest quid velle homini. quid deo congruat. et ad quem finez suam quisq; referat voluntatem vt approbetur vel improbetur. potest em̄ velle bonum quod nō cōgruit ei velle

et potest velle bonum quod congruit. sed quia non refert ad finem rectum. ideo non est bona voluntas

¶ Distinctio. xl viij.

¶ Q2 bona dei voluntas per malas hominū voluntates impletur. vt in passione xpi contigit. vbi quoddā factum est quod deus bona ⁊ iudei mala voluntate voluerūt. voluerūt tamen et aliquid. quod deus non voluit

Illud quoqz non est prętermittendū q aliquādo dei voluntas bona per voluntatē malam hominis impletur. vt in crucifixione xpi factum est quē deus bona voluntate mori voluit Judei vero impia voluntate eum crucifixerunt. ⁊ volebant iudei mala voluntate quiddā quod deus bona voluntate volebat scz vt christus pateretur ⁊ moreret. sed volebant ⁊ aliquid aliud quod deus non volebat scz occidere xpm. quod fuit mala actio ⁊ peccatum. Actum quippe iudeoz non voluit deus. passionē vero xpi voluit sicut in psalmo christ9 ad patrē ait. Tu cognouisti sessionē meam id est passionem meā voluisti ⁊ approbasti. tibi cū placuit. voluit itaqz tota trinitas vt xps pateretur nec tamē voluit vt iudei occiderent. quia voluit penā xpi. sed non voluit culpam iudeoz. nec tamen noluit. Si enī noluisset nec fuisset. Sed ad hoc opponitur sic. Si voluit de9 vt xps pateretur. voluit itaqz vt pateret a iudeis. vel non. si voluit vt non pateretur a iudeis. cum passus sit. factū est itaqz quod voluit deus non fieri. Si autem voluit eum pati a iudeis. ergo voluit eum occidi a iudeis voluit itaqz vt iudei occiderēt eum. Ad quod respondētes dicim9 simpliciter esse concedendū. q deus voluit xpm pati. mori. quia eius passio bona fuit. ⁊ causa nostre salutis. Cum autē dicitur volebat eum pati vel occidi a iudeis. hic distinguendū est. si enī intelligitur sic volebat eum sustinere passionē siue crucifixionē a iudeis illatam verus est sensus Si vero intelligatur sic. volebat vt iudei occiderent eum. falsum est. Non enīz volebat deus actionē iudeorum que mala erat. sed volebat passionem bonam. ⁊ hec voluntas per malas iudeoz voluntates impleta est. Unde Augustin9 in enchiridion Deus quasdam voluntates suas vtiqz bonas implet per malorum hominum voluntates malas. sicut per maliuolos iudeos bona voluntate patris christus pro nobis occisus est. quod tantuz bonū fuit vt apostolus Petrus quando id fieri nolebat. satbanas ab ipso, qui occisus est diceretur. Ecce manifestum habes magnū bonū fuisse q christus occisus est. ⁊ hoc bonum. quia petrus nolebat. ideo redargutus est.

¶ Utrum placuerit viris bonis q christus pateretur ⁊ moreretur. placuit quidem intuitu nostre liberationis sed non ipsius cruciatus

Ex quo sensu soluitur questio qua queri solet. vtrum viris sanctis placere debuerit q christ9 pateretur vel occideretur. Debuit enīz eis placere intuitu nostre redemptionis. sed non intuitu ipsius cruciat9 Voluerunt ergo ac vehementer cupierunt christum mori propter liberationem hominis. ⁊ implētionē diuine voluntatis. sed non voluerunt delectatione ipsius afflictionis. de eodem ergo letabantur ⁊ tristabantur. sed ob aliud gaudebant ⁊ ob aliud dolebant. volebant igitur christum mori pro hominis redemptione. et tamen de morte ipsius diuersis de causis corda eorum varie mouebantur

¶ Quomodo sentiendū sit de passionibus sanctorum. an velle. an nolle debeamus

Distictio. xLviii.

Si vero queritur vtrū eodē modo sentiendū sit de passionibus sanctorum. diam⁹ aliquā esse differentiā int̄ passionē capitis ⁊ mēbrorū. xp̄i nanq; passio causa ē nostre salutis quod nō est passio alicui⁹ sancti Nullius em̄ passione redēpti sumus nisi xp̄i. Profuerūt quidē non modo eis qui passi sūt. vērūetiā ⁊ alijs fidelibus ipsor̄ passiones. vērūtamē nostra redēptio nō sunt. Hoc em̄ sola passio illius potuit q̄ deus est ⁊ homo Illius ergo passionē credentiū pie mētes optauerūt ⁊ voluerūt fieri sicut futurum credebant Passiones vēro sanctorum possum⁹ velle ⁊ nolle. ⁊ vtrūq; bona voluntate. si rectos nobis ꝓponamus fines. Cui em̄ placuit Paulī passio eo fine quia p̄miū eius p̄ hoc auctū ⁊ paratū cernebat. bonā videt habuisse voluntatē. que voluntati eius cōgruebat qua cupiebat dissolui ⁊ esse cū christo Qui autē voluit eū declinare passionē ⁊ effugere man⁹ iniquor̄ cōpassione pietatis. ⁊ ille habuit bonā voluntatē. Unde Aug⁹. in enchiridion Bone voluntates apparebāt pior̄ fidelium qui nolebāt apostolū Paulū ihꝛusalem ꝓgere. ne ibi pateretur mala. que Agabus ꝓphēta p̄dixerat. ⁊ tamē hoc illū de⁹ pati volebat ꝓ ānunciāda fide xp̄i exercens martires xp̄i. neq; ipē bonā voluntatē suā impleuit. p̄ xp̄ianor̄ voluntates bonas. sed p̄ iudeor̄ malas. ⁊ ad eū potius ptinebāt qui nolebant qđ volebat q̄ illi p̄ q̄s volentes factū ē qđ volebat. qꝛ idipsū mala voluntate fecerūt qđ de⁹ bona volūtate voluit. Ita ⁊ in passione xp̄i factū est. qđ em̄ deus voluit hoc idē Judas. iudeus ⁊ diabolus. s̄ illi mala volūtate deus vēro bona volūtate. scz vt Xp̄s moꝛeret. Uerūtamē illi actū voluerūt quē deus non voluit

Hic finit̄ p̄m⁹ liber de misterio ꝯmitat

¶ Incipit liber secundus de rerū creatione et formatione corporaliū et spiritualium et aliis pluribus eis pertinentibus

Quia de misteriū diuine vnitatis atq; trinitatis licz ex parte cognoscendū pertinere noscunt quantū valuimus diligēter executi sum⁹. nūc ad considerationē creaturaꝝ trāseam⁹

¶ Premittūtur rubrice secūdi libri.

Quod vnū est principium rez non plura
Quid sit creare quid facere
Scōm quā rationē dicūtur de deo huiusmodi verba agere facere
Quare rationalis creatura facta sit. i. homo vel angelus
Quō dicitur homo factus ꝓpter reparationē angelici casus
Quare homo sit ita cōstitutus vt vnita sit anima corpori
¶ Dist. ij. De angelis qñ facti sūt
Quia nihil factū est ante celū et terram
Quia simul cū tēpore et cū mundo cepit spiritualis creatura et corporalis
Vbi angeli mox creati fuerint
Quia simul creata ē visibiliū materia et inuisibiliū natura et vtraq; informis
Quō dixerit lucifer ascēdā in celū
¶ Distinc. iij. Quales facti fuerint angeli
An omnes angeli fuerūt equales in essētia. sapiētia. et libertate arbitrij
Que communia et equalia habuerunt angeli.
An boni vel mali sint creati. et an aliq̄ mora fuerit inē creationē et lapsum
De triplici sapiētia angelorū añ casuꝫ vel confirmationē
An aliquam dilectionē dei habuerint vel sui ante casū
¶ Distinc. iiij. An ꝑfecti et beati creati sint. an miseri et impfecti
¶ Dist. v. De cōfirmatōe et cōuersione stantium et auersione et lapsu cadentium.
De libero arbitrio breuit tangitur
An aliquid datū fuerit stātibus quo cōuerterentur
Qua gratia indigebant angeli et qua non
An lapsis sit imputāda auersio
Vtr̄ beatitudinē quā acceperūt in cōfirmatione stātes meruerūt ꝑ aliquā tūc appositā gratiā.
¶ Dist. vi. Qz de maioribus et minoribus quidā ceciderūt. inē q̄s vnus fuit excelsior scz lucifer.
Vnde et quo delecti sunt
Quare nō est eis cōcessū habitare in celo vel in terra
De ꝓlationib⁹ demonū
An oēs demones sint in hoc aere caliginoso vel aliq̄ in inferno
De potestate luciferi
An demones semel victi a sanctis vltra accedāt ad ipsos vel ad alios
¶ Dist. vij. Vtr̄ boni angeli possint peccare vel mali recte viuere
Qz cū vtriq; habeāt liberū arbitriū nō tamen ad vtrunq; flecti possunt
Qz boni post cōfirmationē liberius habent arbitriū q̄z ante
An possunt peccare ex natura sicut ante.
Quib⁹ modis angeli mali noscāt veritatē tēporaliū rerum
Qz magice artes vtute diaboli et scientia valent q̄ ē eis a deo
Qz malis angelis nō seruit ad meritū materia visibiliū rerū
Qz nō sūt creatores licz ꝑ eos magi ranas et alia fecerint. sicut nec boni etsi ꝑ eoꝝ misteriū fiunt creature
Qz solus de⁹ sic operatur creationē rez sicut iustificationē mētis
Qz angeli mali multa possunt per nature vigorē. que non possunt ꝓpter dei prohibitionem

Tituli distinctionū

¶ Disti. viij. Utrū omnes angeli corporei sint.
De formis quib⁹ apparuit deus. et de illis in quib⁹ angeli apparent
Ur deus in specie qua deus est nunq̄ apparuit mortalibus
Quomodo dicūtur demones intrare in homines
¶ Dist. ix. De ordinū distinctione
Quid appellet̄ ordo ⁊ q̄ sit ratio nominis cuiusq3
Ur noia illa sūpta sūt a donis gr̄e non ꝓpter se sed ꝓpter nos eis data
Utrum hy ordines ab initio creationis distincti fuerint
Utrum omnes angeli eiusdē ordinis sint equales
Quomodo dicat scriptura decimū ordinē cōpleri debere ab hominib⁹
Utrum homines assumāt̄ iuxta numerū stantiū vel lapsor3
¶ Distin. x. An omnes celestes spiritus mittantur
An Michael Gabriel et Raphael sint noia ordinū vel spirituū
¶ Disti. xi. Ur singule anime habeant angelū bonū ad custodiā. malū vo ad exercitium
Utrū angeli ꝓficiant in merito ⁊ premio vsq3 ad iudiciū
¶ Dist. xij. De distinctione operū sex dierum
Ur aliq̄ senserunt omnia simul facta in materia ⁊ forma. aliq̄ per intualla tpm
Quomodo per intervalla temporꝫ res corporales condite sint
Quo sensu tenebre dicant̄ esse aliq̄d et quo dicant̄ nō esse aliquid
Quare illa materia cōfusa sit dicta informis. et vbi ad esse prodūt. et q̄tūcunq3 in altū ascenderit
De q̄tuor modis diuine operationis
¶ Distinc. xiij. De ꝑmo distinctionis opere.
De luce facta primo die. si spiritualis an corporalis fuerit
Ubi facta fuerit
Quibus modis accipitur dies
De naturali ordine cōputationis dierum ⁊ de illo qui ꝓ misterio introductus est.
De intelligentia horum verborū dixit deus
Ex quo sensu pater dicat̄ operari in filio vel ꝑ filiū. vel in spiritusancto
¶ Dist. xiij. De opere secūde diei q̄ factū est firmamentū
Ur celū tunc factū debet intelligi
De qua materia factū sit
Quomodo aque possint esse sup celū ⁊ quales sint
De figura firmamenti
Quare tacuit scriptura de benedictione operis hui⁹ diei.
De opere tercie diei quando aque cōgregate sunt in vnum
Quō ossis aque cōgregate sint in vnū locū cū multa sint maria ⁊ flumina
De opere quarte diei qua facta sūt luminaria
Quare facta sint luminaria
Quomodo accipiendū sit illud. sint in signa ⁊ tempora
¶ Dist. xv. De opere quinte diei qua facta sūt natatilia ⁊ volatilia
De opere sexte diei quo creata sunt animalia ⁊ reptilia terre
De venenosis ⁊ noxijs animalibus
Utr̄ minima aīalia tūc creata fuerit
Quare post omnia factus est homo
De sententia illorum qui simul omnia facta eē cōtendunt
Quō intelligenda sit reqes septē diei
Quō accipiendū sit qō dicat̄ deū complesse opus suū septimo die cum tunc requieuit.
Quomodo omnia a deo dicūtur facta valde bona
De sanctificatione septime diei
¶ Dist. xvi. De hois creatione
Qualis factus sit homo
De imagine ⁊ similitudīe ad quā fact⁹ est homo
Quare homo dr imago et ad imaginē

filius non ad imaginem.
¶ Dist.xvij. De creatione anime an de aliquo facta sit.
De inspiratione dei ⁊ insufflatiõe qñ facta fuerit anima. an in corpore. an extra corpus.
In qua etate factus sit homo
Quare homo extra paradisuz creatus in paradisum sit positus
Quibus modis paradisus accipitur
De ligno vite.
De ligno scientie boni ⁊ mali
¶ Distin.xviij. De formatione mulieris.
Quare de latere viri ⁊ non de alia parte corporis formata sit.
Quare dormienti viro ⁊ non vigilanti subtracta sit costa.
Qz de costa in se multiplicata sine additamento extrinsece rei facta fuerit
De causis superioribus ⁊ inferioribz.
De causis que i deo simul sunt ⁊ i creaturis. et de his que in deo tm̃ sunt
De anima mulieris que nõ est ex aia viri. qz anime non sunt extra duce.
¶ Dist.xix. De statu hominis ante peccatum qualis fuit ꝑm corpus. et qualis post peccatum
Quomodo dicatur homo factus i animam viuentem
Corpus hois ante peccatum mortale immortale erat. post peccatum mortuum.
Utrum immortalitas quã tunc habuit fuerit de conditione nature. an gratie beneficio.
Si posset homo viuere semper vtens alijs lignis ⁊ non ligno vite deo nõ mãdante vt de ipso ederet
De immortalitate corporis prima et secunda.
¶ Dist.xx. De modo procreatiõis filiorum si non peccassent primi hoies.
Quare in paradiso non coierunt
De modo translationis i melius si nõ peccassent
Utrũ in perfectione state et vsu mẽbroz procrearentur filij.
Utrum etiam in sensu paruuli nascerentur.
De duobus bonis altero hic dato altero promisso.
¶ Dist.xxi. De inuidia dyaboli qua ad temptandum accessit
De forma in qua venit
De calliditate serpentis
Utrum elegerit serpentem vt per euz temptaret dyabolus
De modo temptationis.
De duplici temptationis specie
Quare peccatũ hois ⁊ non angeli remediabile sit
Qz non soli viro preceptũ datũ fuit.
¶ Dist.xxij. De origine illius peccati.
De elacione mulieris.
De viri elatione.
Quis magis deliquerit vir an mulier.
De ignorãtia excusabili et inexcusabili
An voluntas precesserit illud pctm̃.
¶ Distin.xxij. Quare deus permiserit hominem temptari quem sciebat casurum.
Qualis ꝑm animã fuerit homo añ peccatum.
De triplici scientia hois añ lapsum
Utrum homo prescius fuerit eorum que sibi futura erant.
¶ Dist.xxiij. De gratia hominis ⁊ potentia ante casum.
De adiutorio homini in creatione dato quo stare poterat.
De libero arbitrio.
De sensualitate.
De ratione et partibus eius.
De simili ordine peccãdi in nobis et i primis parentibz.
Qz in nobis vir et mulier ẽ ⁊ serpens.
De spirituali coniugio viri et mulieris in nobis.
Qualiter per ista tria in nobis consumetur temptatio.
Quando mulier sola manducat cibuz vetitum.
Quando etiam vir manducat.

Quando sit veniale vel mortale peccatum.
Quibus modis accipitur sensualitas in scriptura.
¶ Distī.xxv. Diffinitio liberi arbitrij ꝑm philosophos.
Qualiter accipiē in deo liberū arbitriū
Nō angeli et sancti habent liberum arbitrium.
Nō liberius erit liberū arbitrium quā do peccare non poterunt.
De differētia libertatis arbitrij ꝑm diuersa tempora.
De quatuor statibus liberi arbitrij.
De corruptiōe liberi arbitrij ꝑ pcm̄
De tribus modis libertatis liberi arbitrij a necessitate. a pcō et a miseria.
De libertate que est ex gratia et que ex natura.
¶ Distin.xxvi. De gratia operante et cooperante.
Quid sit voluntas.
Que sit gratia voluntatem bonam p̄ueniens.
Nō bona voluntas quē p̄uenitur g̃ tia. quedam dei dona p̄uenit.
Nō cogitatio boni p̄cedit fidez
Nō intellectus et cogitationem boni et delectationem peruenit.
An per liberum arbitrium opēre bonum bonum sine gratia.
¶ Distin.xxvij. Utrū eadez gratia sit que dicitur operans et cooperans.
Quomodo gratia meretur augeri.
De trib generib bonorum.
In quibus bonis sit liberum arbitriū.
De virtute quid sit et quid actus ei⁹.
De gratia que liberat voluntatem si virtus est vel non
Quomodo ex gratia incipiāt bona merita. et de qua gratia hoc intelligatur.
Nō bona voluntas gratia p̄cipaliter est.
Qua ratione dicitur fides mereri iustificationem.
De muneribus virtutum. et de gratia que non est. sed facit meritum
Nō idē est vsus et virtutis et liberi arbitrij sed virtus p̄cipaliter.
Quidam putant virtutes bonos vsus esse liberi arbitrij. id est actus mentis.
¶ Distin.xxviij. De hereſi pelagiana.
Quomodo pelagiani victis Augustini vtuntur in testimoniuz sui erroris
Quomodo Augustinus illa verba determinet in retractionibus.
De hereſi Iouiniani et Manichei q̃s collidit Hieronimus
¶ Distin.xxix. Utrum homo ante peccatū egerit g̃tia opante et cooperante
Si homo ante lapsum virtutes habuerit.
De electione bois de paradiso.
Quomodo intelligendum sit illud. ne sumat de ligno vite et viuat meternū
De flammeo gladio ante paradisum posito.
An ante peccatum homo comederit de ligno vite.
¶ Distin.xxx. Nō p Adam peccatum et pena transijt in posteros
Utrum illud peccatū quod transit fuerit originale vel actuale.
Quidam putant fuisse actuale.
Quomodo assignant illud intrasse in mundum
Nō originale peccatum vere fuit quod transijt in posteros.
Quid sit originale peccatum.
Nō originale peccatuz est culpa.
¶ Distin.xxxi. Nō originale peccatum dicitur fomes peccati. i. concupiscentia.
Quid nomine concupiscentie intelligitur que fomes est peccati.
Nō per Adam originale peccatum intrauit in omnes id est concupiscētia
An sit peccatum originale in quo omnes peccauerunt.
Ex quo sensu dictum est per inobedientiam vnius multos constituit peccatores.
Nō peccatum originale in Adam fuit et in nobis.

Tituli. distinctionum

Quomodo omnes dicuntur in Ada fuisse quando peccauit. et ex eo descendisse.
Qr nihil extrinsecum cõuertatur in humanam substantiam que est ex Ada
Quomodo peccatum originale a pribus transit in filios.
An sm animã. an sm carnem
Qr p carnez introducatur pcm̃ t quo modo ostendit.
Causam corruptionis carnis ostendit ex qua peccatum fit in anima.
Quare dicitur peccatum esse in carne.
Utrum causa originalis pcī que est i carne sic culpa vel pena.
Quare dicf originale peccatum

¶ Distin.xxxij. Quomodo originale peccatū dimittitur in baptismo.
Utrum fetidas quã ex libidine trahit diluatur in baptismo
Utrum illius concupiscentie deus sit auctor
Quare illud peccatum imputef anie.
Utrum illud peccatum sit necessarium vel voluntarium.
Quare deus iũgit animam corpori sciens eam inde maculari
An anima sit talis qualis a deo creaf
An anime ex creatiõe sint in donis naturalibꝫ equales.

¶ Distin.xxxij. An peccata omnium precedentium patrum paruuli originaliter trahant vt peccatū Ade
Quomodo in illo primo vno peccato plura reperiuntur
An peccatum Ade sit grauius ceteris
An peccatum illud sit primis parentibus dimissum.
Quomodo peccata parentum visitentur in filios. t non visitẽtur

¶ Distin.xxxiij. De peccato actuali.
Que fuerit origo t causa peccati prima.
Que fuerit secundaria causa malorum
Qr non nisi in re bona sit malum
Qr in his fallit dyaleticorum regula de contrarijs

¶ Distin.xxxv. Quid sit peccatū
De peccato
Utrum malus actus inquantum peccatū est sit corruptio vel priuatio boi.
Quomodo peccatum possit corrũpere bonum cum nihil sit.
Qualiter se homo elongat a deo.
An pena sit priuatio boni

¶ Distin.xxxvi. Qr quedam simul sũt peccatum t pena peccati. quedam peccatum et causa peccati. alia vero peccatum et causa et pena peccati.
An peccatum sit causa peccati inquantum est peccatum.
Qr non omne peccatum est pena peccati.
Utrũ peccata aliqua essentialiter sint pene peccati

¶ Distin.xxxvij. Qr cum peccatum etiam sit pena peccati. peccatum ẽ ab homine pena a deo.
De quibusdam que indubitanter peccata sunt t pene. et inquantum eis patimur peccata non sunt.
Qr aliqui putant malos actus nullo modo esse a deo.
Ex quo sensu dictum sit deus non est mali auctor.

¶ Distinc.xxxviij. De voluntate t ei? fine.
Quis sit bonus finis. scilicet charitas.
Qr omnes bone voluntates vnũ habent finem. t tamen quedaz diuersos fines sortiuntur.
De differentia voluntatis t intentionis et finis.

¶ Distin.xxxix. Quare voluntas dicitur peccatum cũ sit de naturalibꝫ quorum nullum aliud peccatum est.
Quare actus voluntatis sit peccatuz. si actus aliarum potentiarum non sunt peccata.
Ex quo sensu dicitur naturaliter oĩs homo velle bonum.

¶ Distinc.xl. An ex fine omnes actus pensari debeant.
Ex quo affectu vel fine omnes sint

boni vel mali

¶ Distinc.xli. An omnis intentio et actio infidelium sit mala

Quibus modis dicatur bonum

Quomodo intelligendus sit illud .pec catum adeo est voluntarium.

Et illud.nusq; nisi in voluntate pecca tum est.

Et recte non nisi voluntate peccatur.

Q; mala voluntas est voluntarium peccatum.

¶ Dist.xlij. An voluntas mala ⁊ ac tio in eodem et circa idem sint vnum peccatum vel plura.

Si peccatum ab aliquo commissum i eo sit quousq; peniteat.

Quib; modis accipitur reatus.

De modis peccatorum

Quo differant delictū et peccatū.

De septem principalibus vitijs

De superbia.

Quomodo superbia dicatur radix om nium malorum ⁊ cupiditas cū supbia.

Quando sit cupiditas.

¶ Distin.xliij. De peccato in spiritū sanctum.

¶ Distin.xlnij. De potentia peccan di an sit hoī vel dyabolo a deo.

An aliquando resistendum sit ptāti

¶ Distinc.prima. Unum esse rerum principium ostendit non plura. vt quī dam putauerunt.

Creatio nem rerum in sinuans scriptu ra. deū esse crea torem initiunq; tēporis atq; om nium visibilium vel inuisibilium creaturaꝝ. in primor dio sui ostendit dicēs In principio crea uit deus celum et terram. His etenim verbis Moyses spū dei afflatus. in vno principio a deo creatore mundus factum refert. eludens errorem quon dam plura sine principio fuisse princi pia opinantiū. Plato nanq; tria initia fuisse existimauit. deū. s. et exemplar. et materiam. et ipsa increata sine principio et deum quasi artificem non creatorem. Creator etenim est qui de nihilo aliq facit. et creare, proprie est de nihilo aliqd facere. facere vero non est nō modo de nihilo aliquid operari. sed etiam de ma teria. Unde et homo vel angelus dicit aliqua facere. sed non creare. Voca turq; factor siue artifex. sed nō creator hoc em̄ nomen soli deo proprie cōgru it. qui et de nihilo quedam. et de aliq aliqua facit. Ipse ē ergo creator et opi fex et factor. sed creatoris nomen sibi proprie retinuit. alia vero nomina cri am creaturis communicauit. In scrip turis tamen sepe creator accipit tanq; factor. et creare sicut facere sine distin ctione significationis.

¶ Q; hec verba sc; facere ⁊ agere nō dicuntur de deo ꝑm eam rationem qua dicuntur de creaturis.

Veruntamen sciē dum est. hec verba. s. creare. facere. et agere. et alia huiusmodi de deo nō ꝓpr se dica ꝑm eam rationem qua dicunt de

creaturis. Quippe cum dicimus eum aliquid facere. non aliquem in opando motum illi intelligimus ineſſe. vel aliquam in laborando paſſionē. ſicut nobis ſolet accidere. ſed eius ſempiterne voluntatis nouum aliquem ſignificamus effectum. id eſt eterna eius volūtate aliquid nouiter exiſtere. Cū ergo dicitur aliquid facere. tale eſt. aciſ dicitur iuxta eī voluntatē vel p eius volūtatē aliquid nouiter cōtingere vel eſſe vt in ipſo nihil noui cōtingat. Sed nouū aliq̄d ſicut ī eius eterna voluntate fuerat. fiat ſine aliq̄ ſui motione vl mutatione. Nos vero opando mutari dicimur qz mouemur. Nō eī ſine motu aliq̄d facimus. Deī ergo facere vl agere aliquid dr. qz cauſa ē oīm rerū nouiter exiſtentiū. dū eius volūtate res noue eē inapiūt. q̄ añ non erant abſq̄ ipſius agitatiōe. vt actus dici ꝓprie non queat. cuz videlicet actus oīs in motu conſiſtat. In deo autem motus nullus eſt. Sicut ergo ex caloze ſolis aliq̄ fieri cōtingit. nulla trā in ipſo vel in eius caloze facta motiōe vel mutatiōe. Ita ex dei volūtate noua hñt eſſe ſine mutatione auctoris qui ē vnū et ſolum principium oīm. Ariſtoteles vero duo principia dixit. ſcz materiā et ſpeciem. t tertiū operatoziū dēm. mundū q̄z ſemper eſſe et fuiſſe.

¶ Quod catholicū eſt docet.

Horū ergo et ſimi

liū erroze ſpūſſcūs euacuās vitatiſq̄z diſciplinā tradēs deū in principio tempoziū mundū creaſſe. et ante tempa ēternaliter extitiſſe ſignificat. ipſius ēternitatē et oīpotentiā commendās. Cui voluiſſe facere eſt. qz vt prediximus ex eius volūtate et bonitate res noue exiſtunt. Credamus igitur rerū creatarū celeſtium vel terreſtriū viſibilium vel inuiſibiliū cām non eſſe. niſi bonitatem creatoris qui eſt deus vnus t verus. Cuius tāta eſt bonitas. vt ſumme bonus beatitudinis ſue qua eternaliter beatus eſt. alios velit eſſe participes. quā vidit et cōmunicare poſſe. et minui oīno non poſſe. Illud idem igitur bonū quod ipſe erat et quo beatus erat. ſola bonitate et non neceſſitate aliqs coīcare voluit. qz ſumme boni erat prodeſſe velle et omnipotentiſſimi noceri nō poſſe.

¶ Quare rationalis creatura facta ſit

Et quia nō valet

eius beatitudinis particeps exiſtere aliquis niſi per intelligentiam. que q̄to magis intelligitur tanto plenius habetur. fecit deus rationalem creaturam q̄ ſummum bonum intelligeret. t itelligendo amaret t amando poſſideret. ac poſſidendo frueretur. Tanq̄ hoc mō diſtinxit vt pars in ſui puritate pmaneret. nec coꝛpi vniret. ſcz angeli ps coꝛpi vniretur ſcz anie. Diſtincta ē itaq̄z rationalis creatura. in incoꝛpoream et coꝛpoream. Et in coꝛpoꝛea quidē angelus. coꝛpoꝛea vero homo vocaī ex anima rationali et carne ſubſiſtens Cō ditio ergo rationalis creature primam cauſam habuit dei bonitatem

¶ Quare creat? ſit homo vel angel?

Ideoq̄z ſi queriī

quare creatus ſit homo vel angelus. breui ſermone reſponderi poteſt. ꝓpter bonitatem eius. Unde Augu. in libro de doctrina chriſtiana. quia bonus ē deus ſumus. t in q̄tū ſum?. boni ſumus

¶ Ad quid creata ſit rationalis creatura

Et ſi queritur ad

quid creata ſit ratiōalis creatura. reſpōdetur ad laudandum deum. ad ſeruiēdum ei. ad fruēdum eo. in q̄bꝫ proficit ipſa. non de?. Deus eī pfectus t ſumma bonitate plenus. nec augeri poteſt nec minui Oꝛ ergo rōnalis creatura facta eſt a deo referēdū eſt ad creatoris

bonitatem et ad creature vtilitatem

¶ Brevissima responsio cū queritur q̄re vel ad quid facta sit rōnalis creatura

Luz ergo queritur

quare vel ad quid facta sit rational' creatura. breuissime respondeti potest, pter dei bonitatē et suam vtilitatē. Vtile nempe ipsi est seruire deo ⁊ frui eo. Factus ergo angelus siue hō, pter deū dicatur esse. non q̄ creator deus et sūme beatus. alterutrius indiguerit officio qui bonoꝝ nostroꝝ non eget. Vbi seruiret ei ac frueret eo. cui seruire regnare ē. In hoc eñ proficit seruiens. non ille cui seruit.

¶ Sicut factus est homo vt deo seruiret. sic mundus vt seruiret hoi

Et sicut factus est

homo, pter deū. i. vt ei seruiret. ita mūdus factus est propter hoiem vt ei seruiret. Ipositus est ergo homo in medio vt ⁊ ei seruiret. et ipse seruiret. vt acciperet vtrinq̄. et refflueret totuz ad bonum hominis. et quod accepit obsequium. et quod impedit. Ita eñ voluit deus sibi ab homine seruiri. vt ea seruitute non deus. sed homo seruiens iuuaretur. Et voluit vt mundus seruiret homini. et exinde similiter iuuaretur homo. Totum igitur bonū hominis erat. et quod factum est propt̄ ipsum. et, pter quod factus est ipe. Omia eñ vt ait apostolus nostra sunt. s. ⁊ superiora ⁊ eq̄lia ⁊ inferiora. Superiora quidem nostra sunt. s. ad pfruendum. vt deus trinitas. Equalia ad conuiuendum. scilicet ãgeli. qui et si modo nobis sint superiores. in futuro erunt eq̄les qui ⁊ mō nri sunt. q̄ ad vsum nobis sunt. Sicut res dñoꝝ dicunt̄ eē famuloꝝ. nō dñio sed q̄ sunt ad vsum eoꝝ. Ipsiq̄ angeli in quibusdā scripture locis nobis fuisse dicunt̄. dum, pt̄ nos in mīsterium mittuntur

¶ Quō aliq̄n dr in scriptura hō factꝰ est propt̄ repationem angelici casus.

De hoie quoq; in

scriptura interdū reperitur q̄ factus sit, pter repationē angelice ruine. qđ nō ita est intelligendū quasi nō fuisset hō factus si non peccasset angelus. sed q̄ int̄ alias cās precipuas hec etiā nonnulla extitit. Nostra igitur sunt superiora ⁊ eq̄lia. nostra etiā sunt inferiora. q̄ ad seruiendū nobis facta.

¶ Quare ita sit homo institutus. s. vt anima sit vnita corpi

Volet etiam queri

cū maioris dignitat̄ esse videret anīa si absq̄ corpe p̄mānisset. cur vnita sit corpi. Ad qđ primo dici pōt. q̄ deus voluit. et voluntatis eius cā quere da nō est. Secūdo aūt dici pōt. q̄ iō voluit eā corpori vniri vt in humana condītione ostenderet nouū exemplū beate vnionis. que est inter deum ⁊ spiritum in qua diligitur ex toto corde. et videtur facie ad faciē. Nutaret ei creatura se non posse vniri creatori suo tāta propinquitate. vt eum tota mente diligeret ⁊ cognosceret. nisi videꝝ spūm qui ē excellentissima creatura tā infime id est carni que de terra est in tanta dilectione vniri. vt non valeat artari ad hoc vt velit eam relinquere. sicut apostolus oñdit dicēs. Nolumus corpore expoliari sed superuestiri. p̄ qđ ostenditur spūi creatum spūi increato ineffabili amore vniri. Exēplo igitur future societatis que inter deum ⁊ spūm rationalem in glorificatione eiusdē pficienda erat animam corporeis indumētis ⁊ terrenis mansionib⁹ copulauit. luteanq̄ materiam fecit ad vite sensum vegetare. vt sciret homo quia si potuit deus tā disparem naturā corpis ⁊ anime in federationem vnam et in amicitiam tantā coniungere. nequaq̄ ei impossibile futurū. rationalis creature humi-

litatez. licet longe inferiorē. ad sue glorie pticipationē sublimare. Quia ergo pro exemplo rōnalis spūs i parte vsqz ad consortiū terreni corporis humliatus est. ne forte in hoc nimis repressus videretur. addidit dei prouidentia. vt postmodū cum eodē corpore glorificato ad consortiū illoz qui in sua perstiterant puritate sublimaretur. Est quod minus ex dispositione creatoris sui acceperat. conditus. postmodum per gratiam eiusdem accipet glorificatus. sic ergo conditor deus rationales spiritus varia sorte pro arbitrio voluntatis sue disponens. illis quos in sua puritate reliquerat. sursum in celo mansionem. illis vero quos corporibz terrenis sociauerat. deorsum in terra habitationem constituit. vtriqz regulam. pponēs obedientie. quatenus z illi ab eo vbi erant non caderent. et isti ab eo vbi erant ad id vbi non erant ascenderent. Fecit itaqz deus hoiem ex duplici substātia. corpus de terra fingens. animam vero de nihilo faciens. Ideo aūt vnite sunt anime corpib. vt in eis deo famulantes maiorem mereantur coronā.

¶ Post sacramētuz trinitatis de creatura tripertita est agendū. et prius de digniori. i. angelica.

Ex premissis appa

ret rationalem creaturam in angelicaz et humanam fuisse distinctaz. quaz altera est tota spūalis. i. angelica. altera vero ex patre spūalis z ex parte corporalis. i. humana. Cum itaqz de his tractandum sit. s. de spūali z corporali creatura. et de rationali z de non rationali. primo de rationali z spūali. id est de angelis agendum videtur. et a contuitu creatoris ad cognitionez creature digniozis ratio nostra intendat. Deinde ad considerationem corporee ram illius que est rationalis qz illi q̄ non est rationalis descendat vt trinitatis increate sacramētum tripartite creature eiqz concretorum atqz contingentium sequatur documentum.

¶ Distinctio. ij.

¶ Que considerāda sunt de angelis

Oēāgelica ita

qz natura hec primo considerāda sunt. quando creata fuerit. et vbi et qualis facta sit dum primo conderetur. Deinde qualis effecta est auersione quorundā et conuersione quorūdaz. de excellentia qz z ordinib. et ordinū differentia. et de officijs ac nominib. aliisqz pluribz aliqua dicenda sunt.

¶ Quando facti sunt angeli. pri? dicit in quo videntur sibi obuiare auctoritates

Quedaz auctozita

tes innuere videtur q̄ ante omnē creaturā creati sīt angeli. Juxta illud. In primo omnium creata est sapientia. quod intelligitur de angelica natura. que in scriptura sepe vita sapientia et lux dicitur. Nā sapientia illa que deus est creata non est. filius em̄ sapientia patris ē genita. non facta nec creata. z tota trinitas vna sapientia ē que non facta nec creata est. nec genita nec ꝓcedens. De angelica ergo vita illud accipiendum ē de qua dicit scriptura quādo facta est. scz primo oīm. Sed rursus alia scriptura dicit. In principio creauit deus celum et terram. Et in ꝓpheta. Initio tu dñe terrā fundasti. z o.m.t.s.c. Et videtur q̄dam cōtrarietas oriri ex assertionibus istis. Nā si primo oīm creata est sapia. oīa post ipsam facta videnē et ita post ipam facta videntur celū z terra. et ipsa facta ante celum z terrā. Iterum si in principio creauit deus celum et terrā. nihil factum est añ celum et terrā. ergo nec ipsa sapientia facta ē ante celum z terram. Cū ergo hec cōtraria videātur. nec in diuina scriptura fas sit sentire aliquid esse cōtrarietatis

requiramus intelligentiam veritatis.

¶ Quid sit tenendū docet .premissas auctoritates determinans.

Videt itaq; hoc

ee tenendū q̄ simul creata est spūalis creatura.i.angelica et corpalis. Scōm quod potest accipi illud Salomonis. Qui vivit internū creauit omnia simul.i.spūalem et corpalem naturam. et ita non prius tempore creati sunt angeli q̄ illa corporalis materia quatuor elementorū.et tamen primo oīm creata est sapia.q̄ etsi tempe non precedit precedit tamē dignitate

¶ Q̄ simul creata fuerit corpalis et spūalis creatura.

Quod autez simul

creata fuerit spūalis corpalisq; creatura. Augu.sup Gene.aperte oñdit dicens. Per celum et terrā spūalem corpora lenq; creaturā intelligi.et hec creata in principio.s.tempis. vel in principio.q̄ primo facta sunt.

¶ Q̄ nihil factū est añ celū et terram nec etiā tps.cū tpe eīm creata sunt.sed non ex tempore

Ante ea ei nihil fa

ctum ē.nec etiā tps factuz est ante spiritualē.s.angelicā naturā.et añ corpalem.s.materiā illā q̄tuor elemētorū cōfusā Illa ei cū tpe creata sūt.nec ex tpe nec in tpe.sicut nec tps in tpe creatū ē q̄ nō fuit tēpus añq; cēt celū et terra Unde Augu.in li. de tri. dicit.q̄ deꝰ fuit dñs añq; esset tps .et non in tpe cepit eē dñs.q̄ dñs fuit tpis q̄n ee cepit tps.nec vtiq; tps cepit eē i tpe.q̄ non erat tps añq; inciperet tps

¶ Q̄ simul cū tpe et cū mundo cepit corpalis et spūalis creatura.

Simul ergo cuz tē

pore fcā est corpalis et spūalis creatura.et sīl cū mundo nec fuit añ angelica creatura q̄z mundus.q̄ vt Augu.ait. Nulla creatura ē añ scīa sed a seculi cū q̄bꝫ cepit Hiero.tū sup epla ad Ty tū aliud videtur sentire dicēs ex multa necdū nostri tpis iplenī annoꝝ.et q̄tas prius eternitates.quāta tpa.quātas scīoꝝ origines fuisse arbitrādū est in quibꝫ angeli throni. dñationes cetera riq; ordines seruirent deo absq; tpm viabus atq; mensuris et deo iubente subsitterūt. His verbis quidā adherentes dixerūt cū mūdo cepisse tps seculare. ꝫ añ mūdū extitisse tps eternū sīn mutabilitate.et in eo īmutabiliter et intemporaliter astruunt angelos deo iubente subsitisse ibiq; fuisse. Hos autē q̄ prius dictū est,p captu intelligētie nostre magis approbamus.salua tū reuerentia secretoꝝ.in q̄bꝫ nihil temere asserendū est.et illud Hiero. dixisse nō ita sentiēdo.sed alioꝝ opinionē referēdo arbitramur.

¶ Ubi angeli mox creati fuerūt.in empireo.s.quod statim vt factum .angelis fuit repletum.

Jam ostensum est

q̄n creata fuerit angelica natura·nec attendēdū ē vbi fcā fuerit Testionijs q̄rundā auctoritatū euidenter mostrat. angelos añ casū fuisse i celo .et in coruisse q̄sdā,pter supbiā.alios vo q̄ n peccauerūt illic pstitisse. Unde dñs in euangelio ait. Videbam sathanā sicut fulgur cadentem de celo Hec appellat hic celū firmamētū q̄d scōa die factuz est.ꝫ celum splendidū quod dicitur empireū.i. igneū a splendore .non a calore.quod statim factū angelis ē repletū quod est sup firmamētū.et illud empireū q̄dā expositoꝝ sacre scripture noīe celi itelligi volunt. vbi scriptura dicit. In principio creauit deus celū et trā. Celū māt strabo ñ visibile firmamentuz hic appellat.sed empireū.i.igneum vel intelectuale .q̄d nō ab ardore ꝫ a splendore dicat.quod statī fcm replē

tum est ãgelis Unde cũ me laudarẽt astra matutina ꝛc. De hoc quoq; Beda ita ait. Hoc supernus celuz quod a volubilitate mundi secretũ est. mox vt creatũ est sanctis angelis impletũ est quos i principio cum celo terra conditos testatur dñs dicens. Ubi eras cum me laudarent astra matutina ꝛ iubilarent omnes filij dei. Astra matutina ꝛ filios dei eosdẽ ãgelos vocat Celum eñ in quo posita sunt luminaria. ñ in principio. sed secunda die factũ est. Ex his liquet q in empireo oñes angeli fuerunt ante quozũdam ruinam. simulq; creati sunt angeli cum celo empireo ꝛ cum informi materia omniuz corporalium

¶ Oz simul creata est visibilũ rez materia ꝛ inuisibiliũ natura. ꝛ vtraq; informis ꝑm aliq̃d ꝛ formata ꝑm aliquid.

Simul ergo visibilũ rez materia ꝛ inuisibiliũ nata cõdita est ꝛ vtraq; informis fuit ꝑm aliq̃d ꝛ formata ꝑm aliquid. sicut eñ corporalium materia confusa et ꝑmixta que ꝑm grecos chaos dicta est. in illo exordio conditionis primordie ꝛ formam confusionis habuit ꝛ non habuit formam distinctionis ꝛ discretõis. donec postea formaret atq; distinctas reciperet species. ita spiritualis ꝛ angelica natura in sua conditõe ꝑm nature sue habitum formata fuit. ꝛ tamẽ illã quam postea per amorẽ ꝛ conuersionem ad creatorẽ suum acceptura erat formaz non habuit. sed erat informis sine illa Unde Augusti. multipliciter exponẽs premissa verba geneseos. In principio creauit deus celum ꝛ terrã ꝛc Per celum dicit intelligi informem naturam spũalis vite. sicut in se potest existere. non conuersa ad creatorẽ in quo formatur. per terrã corporalem materiaz sine omni qualitate que apparet in materia formata.

¶ Quomõ dicat lucifer ꝑm Esaiam. ascendã in celũ ꝛc. cũ esset in celo.

Hic queri solet si i celo empireo fuerunt angeli q̃z statim facti sunt. quomõ vt legitur in Esaia dicat lucifer. ascendam in celum ꝛ exaltabo soliũ meũ ꝛ ero similis altissimo Sed ibi celum vocat dei celsitudinem cui parificari volebat. Et est tale. ascẽdam in celum. i. ad equalitatem dei.

¶ Distinctio. iij.

¶ Quales facti fuerint angeli. quatuor eius attributa sunt in ipso initio sue conditionis.

Ecce ostẽsum ẽ vbi fuerũt angeli mox vt creati sunt. nunc cõsequẽs est inuestigare quales fcĩ fuerũt in ipo pximordio sue conditõis Et quatuor q̃dem angel videnť esse attributa in initio subsistẽtie sue. s. eẽntia simplex. i. indiuisibilis ꝛ immaterialis. ꝛ discretio psonalis. ꝛ p rõem naturaliť insitã intelligẽtia memoria ꝛ voluntas sive dilectio. libez quoq; arbitriũ. i. libera indinande voluntatiť sive ad bonuz sive ad malũ facultas. Poterat eñ per libez arbitrium sine violentia ꝛ coactõne ad vtrũlibz ꝓpria voluntate flecti.

¶ Cm omnes fuerunt equales angeli i trib. s. i eẽntia. sapia. i libtate arbitrij

Hic considerãduz est vtrum in substantia spirituali ꝛ sapientia rationali. id est intellectu. ꝛ libertate arbitrij. que omnibus inerant. omnes equales fuerint. Ut sit prima consideratio de substãtia. secũda d forma. tercia de potestate. Persona quippe substãtia est. sapia forma. arbitriuz ptãs. ꝛ ad hãc quidẽ ptinet nature subtilitas. ad formã vro intelligentie pspicacitas. ꝛ ad potestatem voluntatis rationalis habilitas

¶ Hic dicit q differẽtes fuerit in illi.

Ille igitur eẽntie rationales que psone erãt .ꝛ spirit⁹ erant.naturaqꝫ simplices ac vita im⁹ mortales. differẽtem essentie tenuitatem ꝛ differentem sapientie ꝓspicacitatem atqꝫ differentẽ arbitrij habilitatem esse habuisse intelligũtur sicut in corporibꝫ non nulla differẽtia est ꝑm essentiã ac formam ꝛ pondus. Quedam eñ alijs meliorẽ ꝛ digniorẽ eẽntiam ꝛ formã habent.ꝛ alia alijs leuiora atqꝫ agiliora sunt Ad hũc ergo modum credendum est illas spũales naturas cõuenientes sue puritati ꝛ excellentie ꝛ in essentia ꝛ in forma ꝛ in facultate differẽtias accepisse in exordio sue conditõis.quibus alijs superiores alij inferiores dei sapia constituerentur.alijs maiora. alijs minora dona prestantis. Ut qui tunc ꝑ naturalia bona alijs excellebant.ipsi etiã ꝑ⁹ per munera gratie eisdẽ ꝑessent. Qui enim natura magis subtiles ꝛ sapiẽtia ãplius ꝓspicaces creati sunt.hi etiam maioribus gratie muneribꝫ prediti sũt ꝛ dignitate excellentiores alijs constituti. Qui vero natura minus subtiles ꝛ sapientia minus ꝓspicaces cõditi sũt minora dona gratie habuerunt.inferiores ꝙstituti sunt sapia dei.equo moderamine cuncta ordinantis.

¶ Hcõm quid considerãda est differẽtia facultatis arbitrij.qꝫ nec minor tenuitas nature infirmitatẽ.nec minor cognitio sapie ignorãtiaꝫ.nec inferior libertas necessitatẽ induat.

In ipsa facultate arbitrij dꝛa aiaducrtenda est ꝑm differentẽ nature virtutẽ.ꝛ differentem cognitõis ꝛ intelligẽtie vim. Et sicut differẽs vigor ꝛ subtilitas nature infirmitatẽ non adducit.minorqꝫ cognitio sapie ignorantiã non ingerit.sic libras inferior nullam arbitrio necessitatis voluntatem imponit

¶ Que coĩa ꝛ qualia bũerunt ãgeli.

Et.sicut in predictis angeli differebant.ita ꝛ quedã cõmunia ꝛ equalia habebãt. Qꝫ spiritus erant qꝫ indissolubiles ꝛ immortales erãt ꝛcommune omnibus ꝛ equale erat. In subtilitate vero essentie ꝛ intelligentia sapie ꝛ libertate volũtatis differẽtes erãt . Has discretões intelligibiles inuisibiliũ naturarũ ille solus comprehendere potuit ꝛ ponderare.q̃ cuncta fecit in pondere numero ꝛ mẽsura.

¶ An boni vel mali.iusti vel iniusti creati sunt angeli.ꝛ an aliqua mora fuerit inter creatõem ꝛ lapsum.

Illud quoqꝫ inuestigatõe dignum videt.qõ ꝛ a pluribꝫ queri solet. vtꝫ boni vel mali.iusti vel iniusti creati sunt ãgeli.ꝛ an aliqua mora fuerit inter creatõem ꝛ lapsum . vel sine mora in ipso creatõis exordio ceciderunt.

¶ Opinio quorũdaꝫ dicẽtiũ ãgelos i malicia creatos ꝛ sñ oi mora ruisse.

Putauerũt enim quidã angelos q̃ ceciderũt creatos eẽ malos.ꝛ nõ libero arbitrio in maliciaꝫ ordinasse.sꝫ in malicia a deo factos eẽ nec aliquã fuisse morã inter creatõem ꝛ lapsum.sꝫ ab initio apostatasse .alios vero creatos fuisse plene bõs .qui opinionẽ suam munũt autoritate Augusti.sup̃ genesim ita dicentis. Nõ frustra putari potest ab initio tpis dyabolũ cecidisse.nec cũ cæs angelis pactum aliquãdo vixisse ꝛ beatũ.sed mox apostatasse. Vnde dñs ait. Ille homicida erat ab initio ꝛ in veritate non stetit. vt intelligamus.qꝫ in veritate non steterit ex quo creatus ẽ.qui starer si stare voluisset. Idem in eodẽ. Non frustra inquit putandum est ab initõ temporis vel conditõis sue dyabolũ cecidisse ꝛ nunqꝫ in veritate stetisse Vnde

quidã in hanc maliciaz libero arbitrio non esse flexuz .sed in hac q̃uis a vero putant esse creatũ.p̃m illud beati Job. ℞ etiã inq̃r'initiũ figmenti dei quod fecit deus vt illudaf ei ab angelis eius. Et,p̃phera ait. Draco iste quẽ formauit ad illudẽdum ei tanq̃ primo fact? sit malus z inuidus dyabolus.nõ voluntate deprauatus. ℞is aliq̃z testimonijs vtuntur qui dicũt angelos qui ceciderunt creatos fuisse malos .z sine mora corruisse. Eos vero qui perstiterunt;perfectos z beatos esse creatos astruunt auctoritate Augusti.qui sup Genesim dicit per celũ significari creaturaz spiritualem.que ab exordio quo facta est z pfecta z bta est semp.

¶ Alioz sententia probabilis qui dicunt õnes angelos creatos esse bonos z aliquã fuisse morulaz inter creatõez z casum.

Aliis autẽ videf õ

nes angelos creatos esse bonos z i ipso creatõis primordio bonos extitisse id est sine vitio.iustosq̃z fuisse.i.innocentes.sed non iustos.i. virtutuz exercitium habentes. Nondum em̃ prediti erant virtutibus que stantibus apposite fuerunt in confirmatõne p̃ gratiam. Alijs vero per liberum arbitrium supbientibus.z ideo cadentibus aliquam etiã fuisse morulã aiunt inter creationem z lapsum vel confirmatõem z in illa breuitate temp̃is oñes boni erãt. non quidẽ per vsum liberi arbitrij. sed per creatõis beneficium.z tales erãt q̃ stare poterant. i. non cadere per bona creatõis z cadere p̃ liberũ arbitriũ ꝑ boterãt ei peccare z ñ peccare.sz non poterant proficere ad merituz vite nisi gratia superadderetur que addita est quibusdam in confirmatõne Et ad hoc cõfirmandum vtuntur testimonio Augusti.q̃ sup Genesim dicit angelicã naturam primo informiter creatam z celum dictam.postea formatam z luceꝫ appellatam.quando ad creatorem est conuersa.perfecta dilectiõe ei inhrẽs Vnde prius dictum est. In principio creauit deus celum z terram. z postea subditum dixit deus. Fiat lux z facta est lux.quia primo agitur de creatione spiritualis nature informis.postea de formatõe eiusdem. Ratio quoq̃z obuiat illis qui dicunt ãgelos creatos fuisse malos. Non em̃ potuit creator optimus auctor mali esse .z ideo totum erat quod ex ipso illis erat z totuz bonum erat.quoniaz ex ipso totum erat. Hoc modo probatur q̃ boni erãt omnes angeli quãdo primo facti sũt . sed ea bonitate quã natura incipiens acceperat.

¶ Probatõem Aug?.contra illos iducat qui dicunt ãgelos factos malos z verba Job determinat que illi pro se inducebant.

Ideoqz Augustꝰ.ex

terminans opinionem eoz qui angelos creatos fuisse malos putãt.auctoritate z rõe ꝓbat bonos fuisse creatos z ꝓba p̃missa bti Job q̃ illi p̃ se inducebãt quo sint intelligẽda aperit ita dicẽs sup Geneſiz. Quia inquit fecit deus valde bona. Naturã igit angelos bonã fecit.z qz iustũ est vt nullo merito hoc in aliquo deꝰ dãnet qd̃ creauit nõ naturã sed volũtatem malã puniẽdã esse credẽdum est. Nec eius naturam eẽ significatã cũ dz hoc est initiũ figmẽti dei.zc.ℌ corp? aereũ qd̃ tali volũtati aptauit deꝰ. vel ipsaz ordiatõez dei in q̃ euz etiã inuitũ fecit vtilẽ bonis vl ipsi? angeli facturã.qz etsi deus p̃sciret volũtatẽ malũ futuꝝ.fecit tñ eũ ꝓuidens quãta de illo sua bonitate essz facturꝰ figmentũ ergo dei dz.qz cũ sciz eũ deꝰ voluntate malũ futuꝝ vt bonis noceret.creauit tamẽ illum vt de illo bonis ꝓdesset.hoc autẽ fecit vt illudatur ei Illudit ei ei cũ scãs ꝓficit tẽptatio eiꝰ.sic̃ z mali hoies q̃s deus ma-

los futuros preuidens. creauit tamen ad scōrum vtilitatem. Illudūtur cum prestat sanctis eor temptatōe profectus. sed ipe dicatur initium: quia precedit antiquitate et principatus malicie. Hec ār illusio fit āgelis malis et hoīb⁹ per āgelos sanctos. qz subdit eis angelos malos et hoīes malos vt non quantum nitūtur. sed quantū sinuntur possunt Ecce aperte ostendit qualiter predicta verba Job intelligēda sint. et angelicā naturā bonā creatā asseruit.

¶ Quomodo itelligēda sint verba domini pmissa disserit euidēter. tradens āgelos esse creatos bonos. et post creationem cecidisse.

Deinde qualiter

verba domini que supra posuit accipiēda sint aperit vbi etiā sua et que predixit verba determinat. euidenter docēs āgelos fuisse creatos bonos. t post creationem interposita aliqua morula cecidisse ita inquiens. Qz putatur diabolus nunqz in veritate stetisse. nunqz beatam vitam duxisse. sed ab initio cecidisse. non sic accipiendū est. vt malꝰ a bono deo creatus esse putetur. quia ab initio non cecidisse diceretur. Non em̄ cecidit si talis id est malus factus ē a quo ei caderet. factus ergo prius statim a vēritate se auertit. propria potestate delectatus. beateqz vite dulcedinem non gustauit. quam acceptaz n̄ fastidiuit. sed nolendo amisit. Sui ergo casus prescius esse non potuit. quia sapientia fructus est pietatis. Continuo autem vt factus est cecidit. nō ab eo quod accepit. sed quod acciperet si deo subdi voluisset. Ecce hic aperte declarat angelos bonos eē creatos t pt̄ creatōem cecidisse t fuit ibi aliqua morula licz breuissima Quod Origenes confirmat super ezechielē dicēs. Serpens hostis contrarius veritati. non tamen a principio neqz statim super pectus t ventrem suum ambulauit. sicut Adam t Eua non statim pēccauerūt ira t serpens aliquādo non serpens cū in paradiso delicias morabatur. Beꝰ em̄ malicia non fecit. Ecce hic aperte dicit post creatōem interposita morula cecidisse. Ideoqz illa verba sic accipienda videntur. homicida erat ab initio vel mendax. i. statim post initiū quādo sibi dei equalitatem promisit t seipsum occidit. qui homo dicitur in euangelio. nec in veritate steterit. quia i ea nō fuit. sz ab initio temporis. i. statim pt̄ initium temporis apostatauit. Potest etiam sic accipi illud. Ab initio homicida fuit vel mendax id est ex quo homo fuit conditus quē per inuidiā in mortē precipitauit t fallaciter seduxit. Exp̄ dictis igitur liquet ōnes angelos bonos esse creatos t post creatōem quosdaz cecidisse a bono quod habuissent si perstitissent.

Qz triplex fuit in angelis sapia ān casum vel confirmatōem.

Hic queri solz quā

sapiētiam habuerint ante casum vel cōfirmatōem. Erat in eis naturalis cognitio triplex qua sciebant q̄ facti erant t cum quo facti erāt. Et habebant aliquā boni t mali noticiā intelligentes quid appetēdū vl̄ r̄spuendū illis forz

¶ An aliquam dei habuerint dilectionem vel sui inuicem

Bolz etiam queri

vtz aliqz dei vel sui inuicē dilectōem habuerīt. Ad qō dici pt̄. qm̄ naāalem bēbāt dilectōez vt memoriā intellectū t ingeniū qua deū t se aliquatenus diligebāt. p quā tm̄ non merebantur.

¶ Distinctio. iiij.

¶ An pfectos t bonos creauit dē⁹ angelos. an miseros t imperfectos

Post hec viden

dum est vtz pfectos t brōs creauit deus angelos an mise-

ros ⁊ imperfectos. Ad quod dici põt q̃ nec in beatitudine nec in miseria creati sunt. ¶ Miseri ante pcm̃ esse non potuerũt. qz ex peccato miseria est. Nam si non fuisset pcm̃. nulla esset miseria. Beati quoq; nunq̃ fuerũt illi qui ceciderunt. qz sui euentus ignari fuerũt. id est pcti ⁊ supplicij futuri. Si em̃ lapsum suũ p̃sciuerũt. aut vitare voluerunt. ꝟ non potuerũt. ⁊ ita erãt stulti ⁊ maligni. Ideoq; dicimus qz nõ erant p̃scij euentus sui. nec eis data est cognitio eoz̃ que futura erãt sup̃ eos Boni vro et qui pstiterũt. forte sue beatitudinis p̃scij fuerũt. Unde Aug⁹. sup̃ gen̄. ¶ Quo inquit btũs int̃ ãgelos fuit qui futuri pcti atq; supplicij p̃scius non fuit. ¶ Queriť autem cur nõ fuerit. forte deus dyabolo reuelare noluit quid facturus vel passurus essz. Ceteris vro reuelare voluit q̃ in vrita. te mansuri eẽnt. His vrbis videť Augustin. significare q̃ angeli. q̃ corruerunt non fuerunt p̃scij sui casus. ideoq; beati nõ fuerunt. ⁊ q̃ angeli q̃ perstiterẽt beatitudinẽ sibi affuturam p̃scierunt atq; de ea certi in spe extiterunt. vnde q̃dammodo iã beati erãt. ⁊ reuera si ita fuisset. posset dici illos aliquo mõ fuisse btõs. alios vro qui nescierũt euentum suum non.

¶ Qz opinando hec dixerit. non asserendo. s. q̃ angeli qui pstiterũt p̃scij fuerunt sui boni

Bz hec magis opi

nando ⁊ querendo dicat Augustin⁹. q̃ asserendo. Unde ⁊ huic opinioni opponẽs conseq̃ter subdit. Sed quare discernebant̃ illi a ceteri vt deus istis qui ad ipsos pertinerent non reuelaret alijs vro reuelarz. cũ non prius sit ipse vltoz q̃ aliquis pctoz. nõ em̃ damnat deus innocentes. Hic videť innuere q̃ non peccaturi futuꝝ. malũ. nec q̃ mansuri futuꝝ bonum reuelauerit. Jõ qz nec illi qui ceciderũt vnq̃. nec illi q̃ pstiterũt vsq̃ ad consũmatõem beati fuerũt. qz beati non poterãt esse. si de beatitudine certi nõ erant. vel si dãnationis incerti erãt. Unde Aug⁹. i eodem. Dicere inquit de angelis q̃ i suo genere beati esse p̃nt. dãnationis vel saluti incerti. quib⁹ nec spes essz q̃ mutandi essent in meli⁹: nimia p̃sumptio est. quo em̃ beati esse possunt quib⁹ est incerta sua beatitudo.

¶ Summa colligiť predictoꝝ confirmãs oẽs angelos añ p̃firmatõez vel lapsũ non fuisse btõs. nisi q̃s beatitudine accipiat illum statũ innocẽtie i quo fuerunt ante casum.

His predictis con

sequitur q̃ angeli q̃ corruerẽt nũq̃ beati fuerẽt nisi btitudinẽ aliq̃s accipiat illuz statũ innocẽtie in q̃ fuerũt añ pcm̃. Illi vo q̃ pstiterũt suã autẽ btitudinem futurã do reuelãte p̃sacrũt. ⁊ ita spei certitudine aliq̃ mõ bti fuerũt. vel i certi extiterũt sue btitudis ⁊ ita aliť beati nõ fuerũt q̃z reliqui q̃ ceciderũt mihi autem quod posteri⁹ dictum est. probabili⁹ videtur

¶ Responsio ad id qđ querebať an ãgeli essent creati p̃fecti. an impfecti. ⁊ dz q̃ perfecti fuerunt ꝼm aliquid. ⁊ imperfecti ꝼm aliquid.

Ad hoc autẽ quod

q̃rebať vtz pfecti vel impfã fuerint creati. dici põt q̃ quodã mõ pfã fuerit ⁊ q̃dam alio mõ impfã. Mõ em̃ vno mõ dicitur aliq̃d pfectũ ꝼ pluribus

¶ Qz tribus modis dz pfcm̃ ꝼm tps ꝼm naturã. ⁊ vniuersaliter pfectum.

Dicitur nãq; per

fcm̃ trib⁹ modis. Est ei pfcm̃ ꝼm tps. ⁊ etiam perfectum ꝼm naturam. ⁊ etiam perfectum vniuersaliter. Scõm tẽpus perfectum est quod habet quicquid tempus requirit. ⁊ conuenit ꝼm tempus haberi. ⁊ hoc modo ange-

li erant perfecti ante confirmationē vl lapsum. Scōm naturā perfectū est qđ habz quicqđ debitū est vel expedit nature sue ad glorificatōem. & hoc modo perfecti fuerūt angeli post confirmatō nem. & erunt sancti post resurrectionē Vniuersaliter & summe pfectū est cui vnqz nihil deest. & a quo vniuersa peruenūt quod est solius dei. Prima igitur perfectio est nature condite. secunda nature glorificate. & tercia nature increate.

¶ Predicta tangit breuiter addēs q̄les fuerit angeli in conuersiōe & auersiōe.

Quales fuerūt an

geli in creatōe ostensum est boni. s. & nō mali. & iusti. i. innocētes & pfecti quodāmodo. alio vero impfecti. beati vero non fuerūt vsqz ad confirmatōem. nisi beatitudo acapiat vt iam dictū est ille status innocentie & bonitatis in q̄ conditi sunt. ¶ Distinctio. v

¶ De confirmatōe & conuersione stātium & auersione & lapsu cadētium

Post hec cōsi

derato adducit inq̄rere quales effecti sint dū diuidere tur auersione & cōuersione. post creatō nem nāqz mox quidā conuersi sunt ad creatorē suū. quidam auersi. Conuerti ad deū sunt ei charitate adhērere. auerti odio hāe vl inuidere Inuidie nāqz mat est supbia. qz voluerūt se pari ficare deo. in conuerso q̄si in speculo fulcere cepit dei sapia qua illuminati sūt. auersi vero excecati sūt. Et illi quidez conuersi sūt & illuminati a deo grā apposita. Isti vero sunt excecati nō i missione malicie. sed ex desertōe grē a q̄ deserti sunt. nō ita q̄ prius dedita subtrahēret. sed qz nunqz est apposita vt cōuerterent. hec est ergo auersio & auersio q̄ diuisi sūt q̄ natura boni erat vt sint alq̄ supza illud bonū qđ habebāt p iusticiam boni. alq̄ illo corrupto p culpā ma

li. auersio iustos fecit. & auersio iustos vtraqz fuit volūtatis. & volūtas vtrinqz libertatis ¶ cēs q̄d sit

¶ De libero arbitrio breuit tangit do

Habebāt enim om

nes liberū arbitriū qđ est libera ptās. & habilitas volūtatis rōnalis. Poterāt eni volūtate eligere q̄libz & rōe iudicare. i. discernere. in q̄b⁹ pstat liberū arbitriū. Nec creati sūt volētes auerti & auerti. sed habiles ad volendū & vl illō & pt⁹ creatōem spōtanea volūtate. alq̄ elegerūt malum. alq̄ bonū & ita discreuit de⁹ lucē a tenebris. sic dicit scriptura. i. angelos bonos a malis. & lucē appellauit die. & tenebras noctē. quia bonos angelos gratia sua illuminauit malos vero excecauit

¶ Pt⁹ creatōez aliq̄d datū est stātib⁹ p qđ auerterent nec merito aliquo sez gratia cooperans

Si autez queritur

vtz pt⁹ creatōez auerb aliq̄d collatuz sit p qđ auerterent. i. diligerēt deū. dicim⁹ qz est eis collata grā cooperans. sine q̄ non pt pficere rōnalis creatura. ad meritū vite. Cadere eni pōt p se. sed pficere nō pōt sine grā adiuuante.

¶ Qua grā indigebat angel⁹. & q̄ nō

Non indigebat an

gel⁹ grā p quā iustificaret. qz malū nō erat. sed qua ad diligendū deū pfecte & obediendū adiuuaret. Cooperans quidez grā dz qua iustificat impiū. i. de impio fit pius. de malo bon⁹. Cooperans vo q̄ iuuat ad bñ volēdū efficacit. & deū pze oīb⁹ diligendū & ad operandū bonum & ad pseuerandū in bono & huiusmodi. de quib⁹ postea plenius agem⁹

Data est ergo angel⁹ qui pstiterūt cooperans grā p quā cōuersi sūt vt deū pfecte diligerēt. Cōuersi q̄ sūt a bono qđ hēbant nō pdito ad maius bonū qđ non habebāt. Et est fcā ista conuersio

per gratiam coopantem libero arbitrio. q̄ gra alijs q̄ ceciderūt apposita fi fuit.

¶ An sit imputandū illis q̄ auersi sūt

Ideoqz a quibus

dā obijci solet non esse imputāduz illi qui auersi sunt t non ꝓuersi. qz sine gratia conuerti nō poterāt. Hz illa nō est eis data. nec culpa illoz fuit q̄ non est data. qz in eis nulla culpa adhuc precesserat. Ad qd dici pōt qm̄ quib ap posita est ipsa gra. non fuit ex meritis eoz. Alioquin iā non eēt gratia si ex merito qd essz añ gratiā daretur.

¶ Qua culpa gratia non est data eis qui ceciderunt

Quod vero aliis ñ

est data. culpa eoz fuit. qz cum stare possent noluerūt quisqz gra apponere tur. sicut alij pstiterūt tunc illis caden tibus p superbiā eis gratia est apposita Apte ergo cadentiū culpa in hoc dep̄ hendi pt. qz licz sine gratia nequirēt p ficere quā nondū acceperant. p id tamē quod eis collatum erat in creatōe po terāt nō cadere. i. stare. quia nihil erat quod ad casum eos compelleret. Ex sua spontanea voluntate declinauerūt. qd si non fecissent qd datum est alijs. vti qz daretur t isris.

¶ Qz angeli in ipsa confirmatōe beati fuerunt. sed vtz eam meruerint p gra tiam tunc sibi datā. ambiguū est. de b em̄ diuersi diuersa sentiunt.

Hic queri solz vtz

in ipsa confirmatōe beati fuerint ange li. t an ipsam btitudinez aliquo modo meruerint. Qz in ipsa confirmatōe be ati fuerint plures testantur auctorita tes. t ideo pro cōstanti habendum est Utz vero p gratiā tunc sibi dataz ip sam beatitudinē meruerint ambiguuz est. Quibusdam em̄ placet q̄ eam me ruerint p gram quā in confirmatōe p ceperunt. simulqz in eis meritū t pre miū fuisse dicunt. nec meritum precel sisse ꝓmiū tpe. sed causa. Alijs autem videt q̄ btitudinez quā receperunt in confirmatōe p gram tunc appositā nō meruerint. dicentes tunc nō fuisse eis collatā gratiam ad merendum. sed ad beate viuēdum. nec tunc eis datum es se bonum quo mererētur. sed quo feli citer fruerent. Qd autem tunc in ꝓmi um acceperunt p obsequia nobis exhi bita ex dei obedientia t reuerētia me reri dicūtur. t ita premiū precessit me rita. t hoc mihi magis placere fateoz.

Distinctio. vi.

¶ Qz de maiozibus t minozibus qui dam ceciderunt. inter quos vnus fuit cellioz. s. lucifer

Preterea sciri

opoztet qm̄ sicut de maiozib9 t minozib9 quidā perstiterūt ita de vtroqz gradu quidā cozruerūt. Inter ꝗs vnus fuit ōmb9 alijs cadēti bus excellentioz. nec int̄ stātes aliqs fuit eo dignioz. sic testimonijs auctozi tatū monstrat. Ait em̄ Job. Ipe pri cipiū viaz dei. Et in ezech. legit Tu sig naculū similitudis plen9 scia t pfectio ne decoz9 in delicijs paradisi dei fuisti. qd exponēs Grego. ait. Quāto magis in eo subtilioz est natura eo magis i illo imago dei simil insinuat impssa. Item in Ezech. legit. Omnis lapis pretio sus opimentū eius. i. oīs angel9 quasi opimentū erat. qz vt dic Grego. In alioz cōpatōe ceteri darioz fuit Ihūs t vocatus est lucifer. sic testat Isaias Quō iast ceciditi lucifer q̄ mane oz bari rc. qui nō vn9 ozdo. Ex vn9 spirit9 accipiend9 est. q̄ teste Isid. pt9 cēz crea t9 ē eminētiā nate t pfūditatē scie sue ppēdēs. in suū creatozē supbiuit intm̄ q̄ etiā do se eqre voluit. vt in Esa. dz In celū ascēdā sup̄ astra celi. t exalta bo soliū meū t ero silis altissimo. Si milis q̄dē do eē voluit. nō p imitatio nē. Ex p equalitatē potentie

¶ Unde ⁊ quo ⁊iectus fuit merito sue superbie.

Et tante superbie

merito ⁊ celo. i. ⁊ empireo celo ī quo cum alīs fuerat ⁊iectus est in istū caliginosum aerē cū omnibus sue prauitatis consortibus. Nā vt iohānes ait in apocal'. Draco ⁊ celo cadens. secū tertiam partem stellarū traxit. qz lucifer alīs maior non solus cecidit. ꝫ cuz eo alī multi qui ei in malicia consenserunt. eosqz cadētes huius caliginosi aeris habitaculū recepit. Et hoc ad nostram probationē factuz est vt sint nobis causa exercitatōis. Unde apostol' Colluctatio est nobis aduersus principes ⁊ potestates mundi hui⁹ ⁊ aduersus rectores tenebraz harum contra spūalia nequicie in celestib⁹. Quia demones qui sunt spūales ⁊ nequā. in ꝫ turbulento aere nobis propinquo qđ celum appellaf habitant. Unde ⁊ dyabolus aeris princeps đr.

¶ Qz non est concessum eis habitare in celo vel in terza.

Non enī eis est cō

cessum habitare in celo. qz clarus loc⁹ est ⁊ amenus. Nec in terza nobiscum ne homines nimis infestarent. sed iuxta apostoli petri doctrinā in epistola canonica traditaz. in aere isto caliginoso q̄ eis quasi carcer vsqz ad temp⁹ iudicij reputatus est. Tunc autē detruden tur in baratz inferni. ꝫm illō. Ite maledicti in ignem eternū qui preparatus est dyabolo ⁊ angelis eius.

¶ Qz demones alī alīs presunt ⁊ habent etiam alias prelatiōes.

Et sicut inter bo

nos angelos alī alīs presunt. ita ⁊ inter malos alī alīs prelati sunt. ⁊ alī alīs subiecti. Nēdiu enī durat mūd⁹ angeli angelis. ⁊ homines homīb⁹. et demones demonibus presunt. sed ī futuro omnis euacuabiť prelatio vt docet apostolus. Habent quoqz ꝫm modum scientie maiozis vel minozis. prelationes alias maiozes vel minozes. Quidam enī vni prouincie. alī vni homini. alī vnō vicio presunt. Unde đr spūs superbie. spūs luxurie ⁊ huiusmodi. qz de illo vicio maxime potest homines temptare a quo nominatur. Imō est etiam q̄ nomine demonis diuine vocantur. s. māmona. est enī nomē demonis māmona. quo nomine vocanť diuitie ꝫm syrā linguā Hoc āt nō ideo est q̄ dyabolus ī potestate habeat dare vel auferre diuitias cui velit. ꝫ quia eis vtitur ad hominū temptationem ⁊ deceptionem.

¶ An omnes demones sint in hoc aere caliginoso an aliqui sint in inferno.

Volet autez queri

diuinitati debitus ei exhibeatur. q̃ cultus in dilectione ⁊ sacrificij exhibitõne atq; reuerẽtia consistit. q̃ latine dicitur pietas. grece aũt theosebia. i. dei cult⁹ vel eusebia. i. bon⁹ cult⁹. ¶ Hijs aũt placet xp̃i humanitatẽ vna adoratione cũ verbo esse adorandã. non ꝓpter se. sed ꝓpter illũ cui⁹ est scabellũ. cui est vnita. nec ipsa humanitas sola vel nuda. sed cũ verbo cui est vnita. nec ꝓpter se. sed ꝓpter illũ est adoranda. nec qui hoc facit ydolatrie reus iudicari p̃t. quia nec soli creature nec ꝓpter ipsam sed creatori cum humanitate ⁊ in humanitate sua seruit. ¶ De hoc Johes Damascen⁹ ita ait. due sũt nature xp̃i ratione ⁊ mõ differentes. vnite vero ꝑm ypostasim. vnus igit̃ xp̃s est deus ꝑfectus ⁊ homo ꝑfectus. quẽ adoram⁹ cũ patre et spũsancto vna adoratione cũ inconta/minata eius carne. nõ inadorabilẽ carnem dicẽtes. adoratur em̃ in vna verbi ypostasi. q̃ ypostasis generata est. non creature veneratione p̃bentes. ¶ Nõ em̃ vt nudã carnẽ adoram⁹ sed vt vnitam deitati in vnã ypostasim dei verbi duabus reductis naturis. timeo carbonẽ tangere ꝓpter ligno copulatum ignem adoro xp̃i dei mei simul vtraq; naturam. ꝓpter carni vnitam diuinitatẽ. nõ em̃ quartã appono personã in trinitate sed vnã personã cõfiteor verbi ⁊ carnis eius. ¶ Hijs verbis insinuare videtur xp̃i humanitatẽ vna adoratione cũ verbo esse adorandã. ¶ De hoc etiã Aug⁹. ex sermone domini vbi dicit. ¶ Nõ turbetur cor vestrũ. ita dicat. dicãt hereticj filiũ nõ natura esse deũ. sed creatũ. quibus respondendũ est. quia si filius nõ est de⁹ natura. sed creatura. nec colendus est omnino. nec vt de⁹ adorand⁹. dicente apostolo. coluerũt ⁊ seruierunt potius creature q̃ creatori. ꝑ illi adhuc replicabunt ⁊ dicent. Quid est q̃ carnẽ ei⁹ quã creaturã esse nõ negas. simul cum diuinitate adoras. ⁊ ei nõ min⁹ q̃ diuinitati deseruis. Ego dominicã carnẽ immo perfectã in xp̃o humanitatẽ ideo adoro q̃ a diuinitate suscepta ⁊ deitati vnita est. ⁊ nõ aliũ ⁊ aliũ. sed vnũ eumdemq; deũ ⁊ hominẽ dei filiũ esse confitear. deniq; si hominẽ sepauerit a deo illi nũq; credo nec seruio. velut si quis purpurã vel diadema regale iacens inuenat. nunq̃d ea conabit̃ adorare. cũ vero ea rex fuerit indut⁹. piculũ mortis incurrit. si ea cũ rege adorare quis contẽpserit. Ita etiã in xp̃o dño humanitatem nõ solã vel nudã. sed diuinitati vnitã. s. filiũ vnũ deus verꝫ ⁊ hominẽ verꝫ si quis adorare contẽpserit; eterna liter morietur. Itẽ sup psalmũ nonagesimũ octauũ vbi dicit̃. adorate scabellum pedũ eius q̃nia scũm ẽ. sciendũ ẽ q⁹ in xp̃o terra est. i. caro q̃ sine impietate adorat̃. Suscepit em̃ de terra terrã q⁹ caro de terra est ⁊ de carne Marie carnem accepit. hoc sine impietate a verbo dei assumpta adorat̃ a nobis. quia carnem eius nemo manducat nisi ꝓius adoret. sed qui adorat nõ terrã iniuet̃ sed potius illum cui⁹ scabellus est. ꝓpter quẽ adorat. ¶ Hijs auctoritatibꝫ p̃missis inuestigationis absolutio explicatur

¶ Distinctio. x.

¶ An christus ꝑm quod homo sit persona vel aliquid

QVeri etiam a quibusdã vtrum xp̃s ꝑm q̃ homo sit ꝑsona vel etiã sit aliquid ex vtraq; parte questionis argumenta cõcurrunt. ¶ Q⁹ em̃ persona sit hijs edisserunt rationibus. si ꝑm q̃ homo aliquid est. vel persona vel substantia vel aliud est. sed aliud non. ergo vel persona vel substantia. sed si substantia est. vl rationalis vel irrationalis. sed non est irrationalis substantia ergo rationalis. ¶ Si vero ꝑm q̃ homo est rationalis substãtia. est ergo persona. quia hec est diffinitio persone substantia rationalis individue nature. ¶ Si ergo ꝑm q̃ homo est

aliquid. ⁊ ꝑm q̄ homo ꝓsona est ꝫ ecō uerso. si ꝑm q̄ homo est ꝓsona. vel tercia in trinitate persona. vel alia. sed alia non. igitur tercia in trinitate persona. Ut si ꝑm q̄ homo persona est tercia in trinitate. ergo deus. Propter hec incō ueniēcia ⁊ alia. quidā dicunt xp̄m ꝑm hominē non cē personā nec aliquid. nisi forte scōm sit expressiuū vnitatis persone Scōm eñ multiplicē habet rationē. Aliquando eñ exprimit conditionem vel ꝓprietatē nature diuine vel humane. aliquādo vnitatē persone. aliqñ notat habitū. aliquando causā. cuius rationem distinctionis diligenter lector animaducrtat atq̄ in sinu memorie recondat. ne eius cōfundat sensus cū de xp̄o seruo occurrerit

¶ Et si xp̄s ꝑm q̄ homo dicat esse substantia rationalis. nō tamē inde sequitur q̄ persona sit ꝑm q̄ homo

Illud tamē non sequitur

qđ in argumentatione superiori inductū est q̄ si xp̄s ꝑm q̄ homo ē substantia rationalis. ergo ꝓsona Illam ⁊ modo anima xp̄i est substantia rationalis. nō tamē ꝓsona. quia non est per sonans. immo alij rei cōiuncta Illa tamen ꝓsone descriptio non est data ꝓ tribus illis personis

¶ Alia ꝓbatio q̄ xp̄s sit persona

Sed adhuc aliter

nitūtur ꝓbare xp̄m ꝑm hominē esse ꝓsonam. quia xp̄s ꝑm q̄ homo p̄destinatus est vt sit filius dei Sed illud est qđ vt sit p̄destinatus est. ergo si p̄destinatus est xp̄s ꝑm q̄ homo. vt sit filius dei et ꝑm q̄ homo est filius dei Ad quod dici potest christum esse id quod vt sit predestinatus est Est eñ p̄destinatus vt filius dei sit. ⁊ ipē est vere filius dei. sed ꝑm hominē p̄destinat9 ē vt sit filius dei. per gratiā hoc habet ꝑm hominem. nec tamē ꝑm hominē est fili9 dei nisi forte ꝑm vnitatis ꝓsone sit expressiuum vt sit sensus. ipē qui homo est. est filius dei. vt autē ipē ens homo sit filius dei per gratiaz habet. sed si causa notet falsum est. Non enim quo homo est eo dei filius est.

¶ An christus sit adoptiuus filius ꝑm q̄ homo vel aliquo alio modo

Si vero queritur

an xp̄s sit adoptiu9 filius ꝑm q̄ homo. an alio modo. respondemus xp̄m non esse adoptiuū filium aliquo modo. sed tantū naturalē. quia natura filius est. non adoptiuus gratia. non autē sic filius dicitur natura. vt dicitur deus natura. non eñ eo filius est quo deus. qz ꝓprietate natiuitatis filius est. natura diuinitatis deus est. ⁊ tamen dicit natura vel nature filius. quia naturaliter est filius. eandē scilicet habens naturā quam ille qui genuit. Adoptiuus autē filius nō est. quia non ꝓus fuit. ⁊ postmodum adoptat9 est in filiū. sicut nos dicimur adoptiui filij. quia cū nati fuerimus ire filij per gratiā facti sumus filij dei. xp̄s vero nunq̄ fuit non filius. et ideo non est adoptiuus filius

¶ Alia descriptio q̄ xp̄us sit adoptiuus filius

Sed ad hoc oppo

nitur sic. xp̄s filius hominis est. i. virginis. aut gratia. aut natura. vel vtroq̄ modo. Si vero natura. aut diuina aut humana Sed diuina non. ergo aut humana natura. aut non natura est filius hominis. si non natura ergo gratia tm̄. et si natura humana. non ideo minus per gratiā. Si ergo gratia filius virginis est. adoptiuus fili9 esse videtur vt idem sit naturalis filius patris ⁊ adoptiuus filius virginis Ad quod dici potest xp̄m filiū virginis cē ⁊ natura vel naturaliter ⁊ gratia. nec tamen adoptiuus filius virginis est. quia nō per adoptionē. sed per vnionē filius virginis esse dicitur. filius enim virginis dicitur

eo q̄ in virgine accepit hominē in vnitatem persone. ⁊ hoc fuit gratie. non nature. Unde Augustin⁹ super Johannem. Q̄ vnigenitus est equalis patri non est gratie. sed nature. Q̄ autez in vnitatē p̄sone vnigeniti assumptus est homo gratie est. non nature. xp̄s ergo nec dei nec hominis est adoptiuus filiꝰ sed dei naturaliter ⁊ hominis naturaliter et gratia filius. Q̄ vero naturaliter sit hominis filius Augustin⁹ ostendit in libro de fide ad petr. Ille scilicet deus factus est naturaliter hominis filius qui est naturaliter filius vnigenitus patris dei. Q̄ autē non sit adoptiuus filius. ⁊ tamē gratia sit filius. ex subditis p̄batur testimonijs Jeroni/mus super epistolā ad ephesios ait de xp̄o ihesu scriptū est. quia semp cū patre fuit. ⁊ nunq̄z eum vt esset voluntas paterna p̄cessit ⁊ ille quidē natura filius est. nos vero adoptione ille nūq̄z filius non fuit. nos antecq̄z essem⁹ p̄destinati sumus ⁊ tunc spiritū adoptionis accepim⁹ quando credidimus in filium dei Hylarius quoq̄z in libro tercio de trinitate. ait dom̄m dicens. clarifica filium tuū. non solum nomine contestatus est se esse filiū. sed ⁊ p̄prietate. Nos filij dei sumus. sed non talis hic filius. hic em̄ verus ⁊ p̄prius est filius origine. non adoptione. veritate non nuncupatione. natiuitate. non creatione Augustin⁹ etiam super Johannem ait. Nos sumus filij gratia ⁊ non natura. vnigenitus autē natura. nō gratia. an hoc etiam in ipso filio ad hominē referendū est. ita sane Ambrosius q̄z in libro primo de trinitate ait. christus filius est non per adoptionē. sed per naturam. per adoptione nos filij dicimur ille vero per veritatem nature est. Ex hijs euidenter ostenditur q̄ christus non sit filius gratia adoptionis. Illa enim gratia intelligitur cum Augustinus eum non esse filium gratia asserit. gratia em̄. sed non adoptionis. immo vnionis filius dei est filius hominis. et econuerso.

¶ Utrum persona vel natura p̄destinata sit.

Deinde si quer̄ vtrum p̄destinatio illa quā commemorat Apostolus sit de persona an de natura. sane dici potest ⁊ personā filij que semp fuit esse p̄destinatam p̄m hominē assūptū. vt ipsa scilicet ens homo esset dei filius. et naturam humanam esse p̄destinatā vt verbo patris personaliter vniretur

¶ Distinctio. xi.

¶ Utrum christus sit creatura siue creatus vel factus

Solet etiam queri vtrum debeat simpliciter dici atq̄z concedi xp̄m esse factum vel creatum. Ad quod dici potest q̄ hoc simpliciter ⁊ absq̄z determinatione minus congruenter dicatur. etsi quādoq̄z breuitatis causa simpliciter denunciet nunq̄z tamen simpliciter debet intelligi. quia vt Augustinus in primo libro de trinitate ait Cum de xp̄o loquimur quid p̄m quid ⁊ propter quid dicatur. prudens ⁊ diligens ac pius lector intelligere debet. qui christū vel dei filiū non esse factum vel creatū in libro primo de trinitate ostendit ita inquiens. In principio erat verbū ⁊ verbū caro factum est. ⁊ omnia per ipsum facta sūt neq̄z dicit omnia nisi que facta sunt. id est communē creaturaz. vnde liquido apparet ipsum factuz non esse per quē facta sunt omnia. et si factus non est. creatura non est. Si autē creatura nō est. eiusdē cū patre substantie ē omnis enim substātia que deus nō est. creatura est. et que creatura non. est deus est sed si filius non eiusdem substantie est cum patre. ergo facta substantia est. et si facta substātia est. non omnia p ipsū

facta sunt. at omnia per ipsum facta sūt facta igitur substantia non est. sed vna cum patre infecta substantia est Item in eodem si vel filiū fecit pater quē nō fecit ipē filius. non ōnia per filiuz facta sunt. At omnia per filiū facta sunt Ipē igitur factus non est vt cum patre faceret omnia que facta sunt Idem in libro. lxxxiij. questionū. dicitur creatura quicquid fecit pater deus per filiū qui non potest appellari creatura. quoniam per ipsum facta sunt omnia Ambrosi⁹ in libro ꝓmo de trinitate ait. probem⁹ inquit creaturā non esse dei filiū Audiuimus enī in euangelio dominū mādasse discipulis predicare euangeliuz vniuerse creature. qui vniuersam creaturam dicat nullam excepit. ⁊ vbi sunt qui creaturā deum appellant. Nam si creatura esset. sibi mādaret euangeliū predicari ⁊ subiectus esset vanitati. qz testante apostolo omnis creatura vanitati subiecta est. non igitur christ⁹ creatura est. sed creator qui dicende creature discipulis mandat officium

¶ De perfidia ⁊ pena arrij

Arrii hec fuisse perfidia

legitur vt christum creaturā fateretur. ideo effusa sunt arrij viscera atqz crepuit medius prostratus in facie ea quibus xp̄m negauerat feda ora polluens. His alijsqz pluribus testimonijs instruimur non debere fateri simplicit xp̄m esse factum vel creaturā. sed addita determinatione recte dici potest. vt si dicatur factus ꝑm carnem vel ꝑm hominem. vt factura humanitati nō deo attribuatur. vt enim ait Ambrosius in libro ꝓmo de trinitate. nō deus fact⁹ est. sed deus dei filius natus est. postea vero ꝑm carnē homo factus ex Maria est. Misit enī deus filiū suum factū ex muliere factum sub lege filium inquit suum sc̄z non vnū de multis cum dicat suum generatōnis eterne proprietatē signauit Postea factū ex muliere assumpsit. vt factura nō diuinitati. sed assūptioni corporis asscriberet. Factū igitur ex muliere dicit. ꝓpter carnis susceptionem. sub lege. ꝓpter obseruantiā legis generatio generationi nō ꝓiudicat. nec caro diuinitati. deus enī eternus incarnationis sacramentū suscepit. non diuiduus. sed vnus ⁊ in vtroqz vnus. sc̄z diuinitate ⁊ corpore. Non enī alter ex patre. alter ex virgine. sed idē aliter ex patre. aliter ex virgine qui factus est ꝑm nostre susceptionē nature. nō ꝑm eternē substantiā vite. quē legim⁹ ꝓmogenitum ⁊ vnigenitū. ꝓmogenitus. quia nemo ante ipsū. vnigenitū. quia nemo post ipsum. Ex hijs euidēter traditur qua intelligentia accipiendū sit cū dicitur xp̄s factus. vel simpliciter vel cum additamento. vt factura sc̄z vel creatura. non ad assumentē deum. sed ad assumptū hominē referatur. In deo aūt creatura esse nō potest. vt ait Ambrosius in ꝓmo libro de trinitate. nunquid dicto factus ē xp̄s. nunquid mandato creatus est xp̄s. quomodo autē creatura in deo esse potest. Eternum deus natura simplicis est. non coniuncte atqz ꝓposite. cui nihil accidat. sed solū quod diuinū est in natura sua habeat. etsi ergo xp̄s ꝑm hominē dicit creatura. non tamē xp̄s simplicit ꝓdicandus est creatura. nec ex eo ꝙ xp̄s ꝑm hominē dicitur esse creatura. potest quis progredi sic argumētando. si ꝑm ꝙ homo xp̄us est creatura. vel rationalis vel irrationalis. vel que est deus vel non. nitens per hoc probare xp̄m ee aliquid nō diuinū. quia quod ipē est ꝑm hominē ipē est. ⁊ ideo si ꝑm hominē est substantia aliqua nō diuina. est vtiqz aliquid non diuinū. Ē ex tropicis locutionib⁹ nō est recta argumētationis ꝓcessio Illa aūt locutio tropica ē qua xp̄s dr creatura vel simpliciter vel cū adiunctione

¶ An homo ille semper fuerit vel ceperit esse

Post predctã que
ritur vtrũ homo ille ceperit esse vel sem
per fuerit sicut simpliciter enunciamus
xpm vl dei filiũ semp fuisse nec cepisse
de hoc Augustin⁹ dicit ita sup Johan
nem. habuit aliquãdo dei filius quod
nondũ habuit idẽ ipe homo filius. quia
nondũ erat homo Itẽ in eodem prius
ꝙ mundus esset nec nos eramus. nec
ipe mediator dei ⁊ hominũ homo xp̃us
ihesus. Item super ps. xps noster etsi
forte homo recens est. tamẽ est eternꝰ
deus. alibi vero legitur ꝙ puer ille crea
uit stellas. ⁊ xp̃us dicit se esse principiũ
et esse ante abrahã. hijs ergo auctori
tatibus in nullo resultantes dicam⁹ ho
minem illũ inquantũ homo est esse ce
pisse. ⁊ inquantũ verbũ est semper fu
isse. hic cũ absq; distinctione nõ est re
ferenda responsio. Nã ipe Augustin⁹
huiusmodi vtitur distinctione in pluri
bus locis dicens ꝙ xp̃m õnia esse facta
inquantũ est verbũ. ꝑm id vero qõ hõ
est. ipsũ esse factũ ⁊ glorificatũ Si igit
ad personã respicias confidenter dic ho
minẽ illum semp fuisse. si vero ad natu
tam hominis concede eũ cepisse

Distinctio. xij.

Si deus aliuꝫ hominẽ assumere
potuerit. vel aliunde q̃ de genere ade.

Solet etiam
queri vtrũ aliũ hominẽ vel
aliunde hominẽ q̃ de gene
re illius ade deus assumere potuerit.
Ad quod sane dici potest. ipsũ ⁊ aliaꝫ
animã ⁊ aliã carnẽ potuisse assumere.
quia gratia tantuꝫ assumpta est anima
illa ⁊ caro a verbo dei. vt eĩ ait Aug⁹.
in rebus ꝙ tempus ortis illa sũma est
gratia ꝙ homo in vnitate p̃sone cõiun
ctus est deo. potuit igit deus aliã ani
mã ⁊ aliam carnẽ assumere. ⁊ carnem
vtiq; aliunde q̃ de genere ade. Unde
Augustin⁹ in libro tercio de trinitate
poterat vtiq; de⁹ hominẽ aliunde susci
pere. in quo esset mediator dei ⁊ hom̃
non de genere illius ade q̃ peccato suo
gen⁹ obligauit humanũ. sicut ipsũ quẽ
primo creauit. nõ de genere alicui⁹ crea
uit. poterat ergo vel sic vel alio q̃ vellet
mõ creare vnũ hominẽ. de q̃ vinceretur
victor potius. ꝫ melius iudicauit ⁊ de ipo
sc̃z qõ victũ fuerat genẽ assumẽ hoiez
p quẽ hominis vinceret inimicũ. ⁊ ta
men ex virgine cuius conceptũ spiritus
non caro. fides non libido p̃cenit. nec
interfuit carnis concupiscẽtia. qua cete
ri concipiuntur. qui originale trahunt
peccatum. sed credendo non concuben
do sancta est fecundata virginitas. Ex
hijs aperte ostenditur ⁊ aliũ ⁊ aliunde
hominem deum assumere potuisse.

Si homo ille potuit peccare vel
non esse deus

Ideo non ĩmerito
queritur vtrũ homo ille potuerit pecca
re vel non esse deus. si enim potuit pec
care ⁊ potuit damnari. potuit non esse
deus. ergo si potuit peccare potuit non
esse deus. quia esse deũ ⁊ posse ⁊ velle
iniquitatem simul esse nequeunt. Hic
distinctione opus est vtrũ de persona
an de natura agatur. si eĩ de persona
agitur. manifestũ est quia peccare non
potuit. nec deus non esse potuit. si vero
de natura discutiendũ est vtr̃ agat de
ea vt verbo vnita. an de ea tanq̃ non
vnita verbo. ⁊ tamẽ enti. id ẽ an de ea
ꝑm ꝙ fuit vnita verbo. an de ea ꝑm ꝙ
esse potuit. ⁊ non vnita verbo. non est
eĩ ambiguũ animã illã entẽ vnitam
verbo peccare non posse ⁊ est sine ambi
guo verum eandẽ. etsi esset non vnita
verbo. posse peccare.

Quorundaꝫ oppositio ꝙ potuit
etiam vnita deo peccare.

Quidã tamen pro
bare conant eam etiam vnitam verbo
posse peccare. quia libertꝫ arbitriũ ha
bet. ⁊ ita potest flecti in vtramq; partẽ

quod friuolū est. cū ⁊ angeli libez arbi trium habeant. ⁊ tamē gratia a deo sūt confirmati vt peccare nequeant. quan/ tomagis ergo ille homo cui spūssanct⁹ est datus sine mensura. Inducunt q̄z auctoritatē ad probandū idez. scriptū est em̄ in libro sapiētie. qui potuit trās/ gredi ⁊ non est trangressus. facere ma/ la ⁊ non fecit. sed hoc accipiendum est ꝑm mēbra vl partim de capite. partim de membris. de capite non est trans/ gressus. ⁊ non facit malū. de membris potuit transgredi ⁊ facere malum

¶ Si deus potuit assumere homi/ nem in sexu muliebri

Bolet etiaz queri q̄uis curiose a nō nullis. si deus huma nam naturā potuit assumere ꝑm mulie bre em sexū. quidā arbitrantur eum po/ tuisse assumere hominē i femineo sexu vt assūpsit in virili. sed opportuni⁹ atq̄z conuenient⁹ factum est vt de femina nasceret̄ ⁊ virū assumeret. vt ita vtri/ usq̄z sexus liberatio ostenderet̄. vñ ait Augustin⁹ in libro. lxxxiij. questionum hominis liberatio in vtroq̄z sexu debuit apparere. ergo quia viz oportebat sus/ cipere qui sexus honorabilior est. conse quens erat vt feminei sexus liberatio hinc appareret ꝙ ille vir de femina na/ tus est. Sapientia ergo dei que dicit vnigenit⁹ filius homine suscepto in vte ro ⁊ de vtero virginis liberationē ho/ minis indicauit.

¶ Distinctio. xiij.

¶ Si xp̄s ꝑm naturam hominis in sapientia ⁊ gratia proficere potuit vel profecit.

Reterea sciē dum est xp̄m ꝑm hominez ab ipsa conceptione gratie plenitudinē recepisse cui spūs datus ē non ad mensuraz. ⁊ in quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliē Ita⁊ habitat. vt ait Augustin⁹ ad dardanū ꝙ omni gratia plen⁹ est. nō ita habitat in sāctis vt etiā in corpore nostro inest sensus singulis mēbris. sed nō quantū in capite. ibi em̄ ⁊ visus est ⁊ audit⁹ est et olfactus ⁊ gust⁹ ⁊ tactus In ceteris vero solus est tactus. Ita⁊ in xp̄o ha/ bitat omnis plenitudo diuinitatis q̄z ille est caput. in quo est omnis sensus. in sanctis vero quasi solus tactus ē qui/ bus spūs datus est ad mensurā ei⁹ de illius plenitudine acceperūt. acceperūt autē de illius plenitudine nō ꝑm essē/ tiam. sed ꝑm similitudinē. quia nunq̄z illā eandē essentialiter. sed similē acce perunt gratiā. puer ergo ille plenus sa pientia ⁊ gratia fuit ab ipsa cōceptione vnde Ihronim⁹ recte dicit. nouū fa/ ciet dñs super terrā. mulier circūdabit viz quia in vtero ṽginis perfectus vir extitit. non solū propter animā ⁊ car/ nem. sed etiā propter sapientiā ⁊ gra/ tiam qua plenus erat.

¶ Auctoritatē ponit q̄ videl̄ obuiare

Huic aūt sentētie videl̄ obuiare qđ in euangelio Luce le gitur Ihesus ꝓficiebat sapia ⁊ etate ⁊ gratia apud deū ⁊ homines. si em̄ ꝓficie bat sapientia ⁊ gratia. nō videtur a con ceptione habuisse plenitudinez gratie sine mensura Ad qđ sane dici ꝑt. ipsuz ꝑm hominē tm̄ a cōceptione accepisse sapie ⁊ gratie plenitudinē. vt de⁹ ei ple nius cōferre non potuerit. ⁊ tamē vere dicit̄ ꝓfecisse sapia ⁊ gratia. nō quidē in se sed in alijs. q̄ de eius sapia ⁊ gra ꝓficiebant. dū eis sapie ⁊ grē munera ꝑm ꝓcessum etatis magis ⁊ magis pa tefaciebat. vnde Gregori⁹ in quadaz omelia ait. iuxta hominis naturā ꝓfi/ ciebat sapia. nō q̄ ipe sapiētior ex tem pore esset. quia ꝑma cōceptionis hora spiritu sapientie plenus ꝑmanebat. ē eandē qua plenus erat sapientiā cete/ ris ex tēpore paulatim demonstrabat. iuxta. hois naturā ꝓficebat etate de in/ fantia ad iuuētutē iuxta hom̄is naturā

proficiebat gratia. non ipē quod nō habebat per accessū temporis accipiendo sed pandendo gratie donū quod habebat apud deū ⁊ hominē. quia quantū proficiente etate patefiebant hominibus dona gratie que sibi inerant ⁊ sapientie. tantū eos ad laudē excitabat. et sic deo patri ad laudē ⁊ hominib ad salutē proficiebat. ¶ In alijs ergo non in se,pficiebat sapientia ⁊ gratia. vnde in euangelio. puer ille plenus sapiētia et gratia pbibebit. sic ergo dicitur profecisse sapientia ⁊ gratia. vt aliquis rector ecclesiasticus dicatur proficere in curia sibi credita dum per eius industriam alij proficiunt.

¶ Predictis videtur aduersari quod Ambrosius ait

Alibi tamē scriptū

reperitur q̄ fm sensū hominis profecerit sicut etate hominis profecit. Ait enī Ambrosius in libro tercio de spiritu sancto sic. deus pfectōnē nature assūpsit humane ⁊ suscepit .sensu hominis ē non sensu carnis fuit inflatus. sensu hominis animā dixit esse turbatam. sensu hominis esuriuit ⁊ rogauit. sensu hominis profecit sicut scriptū est. ihesus proficiebat etate ⁊ sapientia ⁊ gratia. quo modo ,pficiebat sapientia dei. ,pfectus eratis ⁊ ,pfectus sapie .sed hūane est. nature. Ideo etatem cōmemorauit vt fm hominē crederes dictū. Etas enī non diuinitatis sed corporis est. ergo si proficiebat etate hominis. ,pficiebat hominis sapientia. sensus autē proficit quia sensus ideo sapientia. quis sensus proficiebat. si human?. ergo ipse susceptus est. si diuin?. ergo mutabilis ꝑ profectū. quod enī proficit mutatur in melius. sed quod diuinū est non mutatur. quod ergo mutatur nō est diuinū. sensus igitur ,pficiebat humanus. sensum ergo suscepit humanū. nō poterat confortari virtus dei. nec crescere de? nec altitudo sapiētie dei impleri. quę igitur implebat erat non dei sed sapientia nostra. nam q̄modo implebatur qui vt omnia impleret descendit. per quē autē sensum dixit Esaias. q̄ puerum puer nesciebat aut matrē Scriptum enī est priusq̄ sciat puer matrem aut patrē accipiet spolia samarie. sapiē tiam enī dei futura ⁊ occulta nō fallūt. Expers aūt cognitionis infantia ꝑ humanā vtiq̄ imprudentiā. quod adhuc non didicit ignorat. sed ꝛrendum est inquā. ne si duos p̄ncipales sensus aut geminā sapientiaꝫ xp̄o tribuim?. xp̄m diuidam? Nunquid cū ⁊ diuinitatem eius ⁊ carnē adorem?. xp̄m diuidim?. Nunquid cū in eo imaginē dei crucē q̄ ꝛneramur diuidim? eū Apostolus q̄ certe eo dixit. quoniā etsi crucifixus est ex infirmitate nostra viuit. tamen ex virtute dei ipē dixit. quia non diuisus est xp̄s. Nunquid etiā cū dicim? quia animam rationalē intellectus nostri suscepit capacē. diuidimus euꝫ. non enī ipse deus verbū pro anima rationali ⁊ intellectus capaci in carne sua fuit. sed animam rationalem ⁊ intellectus capacem ⁊ ipsam humanam ⁊ eiusdem substantie cuius nostre sunt anime,⁊ carnem nostre similē eiusdemq̄ cuius caro nostra substantie suscipiens. perfectus etiam homo fuit.

¶ De intelligentia p̄missoꝝ ꝛrboꝝ

Hec verba ābrosii

pia diligentia inspicienda sunt. que ex parte hominis ignorantiā iustruunt ⁊ illuminant. ex parte errandi fomitē male intellecta ministrāt. hijs enī euidenter traditur duos in xp̄o esse p̄ncipales sensus siue geminā sapientiā. neq̄ ideo vnitas ⁊ singularitas persone diuiditur. sed iuxta duas naturas duas habet sapiētias. vnā nō creatā ꝑ genitā que ipē est. alterā nō genitā sed creatā et per gratiā ei collatā. Iam ⁊ Esaias de eo ꝑtestatur. requiescet super eum

spiritus sapiētie ⁊ intellect⁹ ⁊c. spiritu ergo sapiētie ⁊ itellect⁹. i. sapia ⁊ intelligētia ꝑ spiritū scm̄ ḡtis data xp̄s erat sapiens ꝓm aiam. ꝓm deū vero sapiēs erat sapientia eterna q̄ ipse est. ⁊ sicut inquantū de⁹ est bonus est in bonitate naturali que ipse est. ⁊ iustus iusticia naturali que ipe est. ita sapiēs est sapientia naturali que ipe est. anima vero eius sicut bona est ⁊ iusta bonitate vel iusticia gratis data que ipe vel ipsa non est. ita sapiēs est sapientia gratis data que ipsa non est. ⁊ licet in xp̄o gemina sit sapientia. vna tamē eademq; persona est que inquantū de⁹ est vel inquantum diuina natura est sapiens est sapientia eterna scz sapientia ingenita que est pater ⁊ sapiētia que nō est ingenita que cōmunis est tribus ꝑsonis. non tamen gemina sapiētia. quia nō est alia ⁊ alia sapientia sapiētie ingenita que tm̄ filius est. ⁊ sapientia que communiter pater est ⁊ filius ⁊ spūs sanct⁹. inquantum vero eadē persona homo est. i. ꝓm hominē acceptū vel inquantū est subsistens ex anima ⁊ carne sapiēs est sapientia gratuita ¶ Sapiens est igit̄ humano sensu ⁊ diuino

¶ Quomodo intelligēdū sit illud sensus proficiebat humanus

Sed ex qua causa

illius dicti intelligētia scz sensus proficiebat humanus assumēda est. ¶ Aperte em̄ videtur Ambrosi⁹ innuere q̄ xp̄us ꝓm humanū sensū profecerit. ⁊ q̄ infantia eius expers cognitionis fuerit. ⁊ patrē ⁊ matrē ignorauerit. qō nec eccia recepit. nec ꝓmisse auctoritates patiunt sic itelligi ¶ Ita sane ꝑt accipi vtq; quātum ad visū hominū ⁊ sui sensus ostensionē xp̄s profecisse dicatur. proficiebat ergo human⁹ sensus in eo ꝓm ostensionē ⁊ aliog hominū opinionē. ¶ Ita etiā patrez ⁊ matrē dicit̄ ignorasse in infantia. quia ita se habebat ⁊ gerebat acsi agnitionis esset expers

¶ Distinctio. xiiij.

¶ Si anima xp̄i habuerit sapiētiā parez cum deo. ⁊ si omnia sciat q̄ deus

Inquiri op⁹

est cū anima xp̄i esset sapiens sapientia gratuita vtq; habuerit sapientiā equalem deo. siue omniū rerum scientiā habuerit vel habeat. id est vtrū omnia sciat que deus scit. Quibusdā placet q̄ nec cū deo p̄e habeat scientiā. nec omnia sciat que de⁹ una in nullo creatura equat̄ creatori. Cum igit̄ anima illa creatura sit. in nullo equatur creatori. ergo nec in sapientia. non ergo habet cum deo equalem sapientiā nec scit omnia que de⁹. Item si anima illa eql̄ habet cū deo sapientiā non ergo deus in omni bono maiorez habet sufficiētiā quā eius creatura. Inducunt etiā auctoritates ad idem probandū. ait ꝓphēta ex persona hominis assumpti. mirabilis facta est scientia tua ex me. ⁊ nō potero ad eā. quod exponens cassiodor⁹ ait. veritas humane conditionis ostendit̄. quia homo assumptus diuine substantie non potest coequari in scientia vel in alio. Apostolus etiā ait. Nemo nouit que dei sunt nisi spiritus dei qui solus scrutat̄ omnia etiā profunda dei. Hijs aliisq; pluribus rationib⁹ ⁊ auctoritatibus nituntur qui animaz xp̄i asserunt nec parem cum deo habere scientiā. nec omnia scire que deus. quia si omnia scit que de⁹ scit ergo creare mundū scit. etiam creare seipsam.

¶ Responsio questionuz diffinitiuam continens sententiem

Quibus respondē

tes dicimus animā xp̄i per sapientiam gratis datam in verbo dei cui vnita est quod ⁊ perfecte intelligit omnia scire q̄ deus scit. sed non omnia posse que potest deus. nec ita clare ac perspicue omnia capit vt deus. ⁊ ideo non equatur

creatori suo in sciencia ⁊ si omnia sciat que ⁊ ipe. nec est eius sapiencia equalis sapiencie dei. quia illa multo e dignior dignusq3 ⁊ perfectius omnia capit q3 illius anime sapientia. ergo ⁊ in sciencia maiorem habet sufficientiam deus q3 illa anima que dignior est omni creatura ¶ Illud vero apostoli quod iducit nemo nouit que dei sunt nisi spiritus dei qui solus scrutat omnia pro nobis fatur. ¶ Nox em addit apostolus. nos aut spiritu dei habemus. vt per spiritu que habebat dei profunda se scire ostenderet. sed anima illa pre omnib9 spiritu3 dei habuit cui spiritus non est datus ad mensura vt ait Johanes euangelista dona igitur spiritussancti sine mensura habuit. igitur ⁊ sapientia. omnia ergo sciuit anima illa. ¶ Si em quedam sciuit ⁊ quedam non. non sine mensura sciencia habuit. sed sine mensura sciencia habuit. sat igitur omnia ¶ Fulgentius etiam in sermone quodam3 multa inducat quibus asserit animam illam rerum omnium sciencia3 habere. vtens auctoritatibus apostoli dicentis. in quo sunt omnes thesauri sapientie ⁊ sciencie abscoditi. ¶ Do etiam ratone potest probari sic. nihil sat aliquis q3 eius anima ignoret. sed xps ꝑm omnium concessione omnia sat ergo anima eius omnia sat. ¶ Ad id vero q3 dicunt si sat omnia. igit sat creare mundum vel seipsam. respondem9 q3 sciencia habet creandi mundu. sed non potencia3 ⁊ creandi animam. ⁊ sat quomodo deus ipsa3 creauerat. habet sciencia ergo sui create. non sui creande. quia non est creanda sed creata

¶ Quare deus non dedit illi potentiam vt sciencia

Si vero queritur

quare deus non ei dederit potentiam faciendi omnia vt sciencia3. respondeti potest quia naturaliter capax est sapiencie et ideo ei id congrue datu est sine mensura. cui9 ipsa naturaliter capax est ¶ No est aut ei datu posse facere omnia que deus fecit. ne anima omnipotens ⁊ per hoc deus putaret. verumtamen forte no potencia faciendi omnia ei deus ꝑstare potuit. licet si potencia faciendi aliqua que no potest facere. sat igitur ⁊ anima xpi omnia que deus in verbo dei. quod li quidius ⁊ presentius omni creatura co templatur vt ei vnita in quo etiam angeli ⁊ que dei sunt. et que futura sunt cognoscunt.

¶ Quomodo intelligenda sunt verba Ambrosij super Lucam

Sed si anima illa

non habet tanta potencia quanta ⁊ de9 nec homo assumptus quantam ⁊ deus quomodo ergo intelligitur illud Ambrosij super Luca. vbi angelus de nasciturо filio virginis ait. hic erit magnus. et filius altissimi vocabit. no ideo inqt erit magnus q3 ante partum virginis magnus non fuerit. sed quia potencia qua dei filius naturaliter habet. homo erat ex tempore accepturus. vt vna sit persona homo ⁊ deus. ecce aperte dicat q3 homo erat acceptur9 ex tempore potencia qua habuit dei filius naturaliter sed si homo acceptur9 illa potencia erat ergo vel persona vel natura homis. sed persona no. quia semp habuit ⁊ habet. ergo natura. si natura. ergo anima. na3 de carne constat q3 accipere non posset. ¶ Ad quod dicam9 illud esse accipiendu de persona sed non inquantum est dei immo inquantu est hominis persona. vna est em3 persona dei ⁊ hominis. filij dei ⁊ filij hominis que inquantu est dei persona semp naturaliter omnipotencia habuit. sed inquantu est hominis non semper fuit. ¶ Illa ergo persona que semper fuerat dei. futura erat hominis persona. ⁊ ꝑm hoc q3 futura erat hominis persona. acceptura erat ex tempore potencia qua naturaliter ⁊ semp habuerat inquatu dei persona. ꝑm hanc distinctionem illud ⁊ simlia sane accipi possunt

que distinctio in pluribus questionuꝫ articulis est necessaria aduersus quorundā perplexam verbositatē. sed cum de rebus constat in verbis frustra batuetur controuersia.

¶ Distinctio. xv.

¶ De hominis defectibus quos assumpsit xp̄s in humana natura

Illud quoqꝫ prętermittendū non est qꝫ dei filius naturam hominis accepit passibilēꝫ. animā passibilē. carnem passibilem ⁊ moꝛtalē. vt ēm pꝛobaretur vēꝛ coꝛpus habere. suscepit defectus coꝛpoꝛis. scilicꝫ famem ⁊ sitim ⁊ huiusmodi. ⁊ vt vērā animā pꝛobaret habere suscepit defectus anime scꝫ tristiciā. timoꝛē. doloꝛē. ⁊ huiusmodi. omnis autē sensus anime est. non ēm caro sentit sed anima vtens coꝛpoꝛe velut instrumento. vnde Augustin⁹ sup Genesim in lib. xij. non coꝛpus sentit. sed anima p coꝛpus. quo velut nuncio vtitur ad confirmandū in seipsa quod extrinsecus nunciat. sicut ergo anima qō foꝛis est per coꝛpus tanqꝫ instrumentum videt vel audit. ita etiā per corpus quedam sentit mala. que sine coꝛpoꝛe non sentiret. vt famem ⁊ sitim ⁊ huiusmodi. vnde non imerito defectus coꝛpoꝛis dicunt. quedā autē non per coꝛpus immo etiaꝫ sine coꝛpoꝛe sentit. vt est timoꝛ ⁊ huiusmodi. sentit igit anima dolores sed quosdā per instrumentum coꝛpoꝛis. quosdam vero non Suscepit autē xp̄us sicut vēram naturā hominis ita ⁊ veros defectus hominis. sed non omnes. assumpsit ēm defectus pene. sed non culpe. nec tamen omnes defectus pene. sed eos omnes quos hominē assumere expediebat ⁊ sue dignitati non derogabat. sicut ēm per hominem homo factus est. ita per eum hominis defectus suscepit. suscepit enim de nostro vt de suo nobis tribueret. et vt nostrum tolleret. suscepit enim nostram vetustatem vt suam nobis infunderet nouitatem. simplam accepit ille vetustatem. id est pene vt nostram duplam consumeret. id est pene et culpe.

¶ Qualiter accipiendū sit illud qō ait Leo papa

Tradidit auctoꝛi tas qꝫ domin⁹ noster in se suscepit omnia infirmitatis nostre pꝛeter peccatuꝫ quod nisi accipiatur de illis tantū que eū sumere pꝛo nobis opoꝛtuit ⁊ decuit falsum esse pꝛobabit. non ēm assumpsit ignoꝛantiā aliquā cum sit ignoꝛantia quedā que defectus est. necꝫ peccatum est scꝫ ignoꝛantia inuincibilis. nā vincibilis peccatū est. si tamen de hijs est que nobis expedit scire. sit ēm quedam quoꝫ scientia non affert vel ignoꝛantia non impedit salutem ⁊ foꝛte talium rerum ignoꝛantia defectus non est. constat autē in nobis esse ignoꝛantiam atqꝫ difficultatē volendi vel faciendi bonū. que ad miseriā nostrā pertinet. vnde Augustinus in libꝛo tercio de libero arbitrio. appꝛobaze inquit falsa pꝛo vēris vt eꝛꝛet inuitus. ⁊ resistente atqꝫ toꝛquente doloꝛe carnalis vincule non posse a libidinosis operib⁹ temperare. nō est natura instituti hominis. sed pena damnati. ex qua miseria peccatibus iustissime inflicta liberat dei gratia. quia sponte homo libero arbitrio cadere potuit. non etiam surgere. ad quā miseriā pertinet ignoꝛantia ⁊ difficultas quam patitur omnis homo ab exoꝛdio natiuitatis sue. nec ab isto malo quisqꝫ nisi gratia dei liberatur Ecce euidenter dicit hic Augustinus ignoꝛantiam qua quisqꝫ inuitus falsa pꝛo vēris appꝛobat ⁊ difficultatō qua nō potest temperare se a malo. ad miseriam nostram pertinere. ⁊ penaꝫ esse hominis. hec autem xp̄us non habuit. non igitur accepit omnes defectus nostre infirmitatis pꝛeter peccatum

¶ Nec ignorantia talis et difficultas non sit pctm̃.

Sed forte aliquis dicet illa esse pctm̃. cui obuiat qđ Aug̃. tradere videt. hoc. s. ueñ inculpabiliter añ pctm̃ in exordio cõditionis hoi potuisse tradere vt essent ei naturalia. ita in li. retractionum inquiens ait Ignorantia et difficultas etiã si essent hois primordia naturalia. nec sic culpandus ve?. ꝫ laudãdus eẽt. ꝫ si hoc hõ in primordio naturaliť hũisset nunqd in eo eẽnt defectus et pene. si defectus et pena ei indita fuisset añ pec catũ. iuste cũ eo agi videret si añ cul pã sentiret penã. Ob hoc sane dicim? illa nõ fuisse defect? vel penas si hoi naturaliter infuissent. sicut nõ fuit hoi añ pctm̃ nondũ grãm adepto defectus siue pena nõ posse ꝓficere. sed postꝙ grãz recepit ꝑ quã proficere potuit. et ad tẽpus etiã profecit. eãꝙ culpa sua post amisit. simulꝙ proficiendi facultatẽ ꝓdidit defect? fuit ei et pena nõ posse ꝓficere. s. malũ declinare et bonũ facere. oẽs igiť defectus nr̃os suscepit xp̃s ꝓter pctm̃ qs ei cõueniebat suscipe et nobis expediebat. sunt eñ plura egritudinũ genera et corpis vitia. a quib? oĩno immunis extitit. quos eñ defect? habuit vel ad oñsionẽ vere hũanitať. vt timorẽ et iustitiã. vel ad ꝭpletionẽ operis ad qđ venerat. vt passibilitatẽ et immortalitatẽ. vel ab immortalitať. despatione spem nr̃am erigendam vt mortem. suscepit

¶ Nec sola volũtate illos defectus suscepit. nõ necitate conditiõis sue

Nos autẽ defectus non cõditiõis sue necitate. sed miseratiõis volunate suscepit. veros quidẽ habuit defectus sic et nos sed non ex eadẽ cã. Nos enim ex pctõ originali hos defectus trahimus. sicut apostolus insinuat dicens. corpus quidem ꝓpter pctm̃ mortuum est. i. necessitatem moriendi habet in se. xp̃us autem non ex pctõ huiusmodi habuit defectus. qz sine peccato est conceptus et natus. et in terris conuersatus. ꝫ ex sola miserationis voluntate de nostro in se transtulit verã infirmitatez. sicut accepit verã carnẽ quã sine oĩ infirmitate assumere potuit. sicut eandẽ ꝫabsq culpa accepit.

¶ Auctoritatib? probat xp̃m ꝫm hominẽ vere dolores sensisse et timuisse.

Sed quia nõnulli de sensu in passione hũanitatis xp̃i male sensisse inueniunť. asserẽtes similitudinẽ atq imaginẽ passiõis et doloris christum hoiem ꝓtulisse. sed nullũ omnino dolorem vel passionẽ sensisse. auctoritatum testimonijs eos conuincentes indubitabile faciamus. Qđ supra diximus prophęta Esayas dicit. vere lãguores nostros ipe tulit. et dolores nostros ipse portauit. et veritas ipa ī euãgelio ait. tristis ẽ aĩa mea vsq ad mortem. vbi etiã legitur. cepit ihũs pauere et tedere, pl̃xta etiã ex psona christi ait. repleta est malis aĩa mea. quod exponens Augu. ait. non vitijs et peccatis. sed hũanis malis. i. doloribꝰ fuit repleta anima xp̃i. quib? ipsa cõpatiť carni. Non eñ dolor corpis põt esse sine anima. dolere aũt aĩa etiam non dolẽte corpe põt. hos aũt humane infirmitatis defectus sicut ipsam carnẽ ac mortem. non conditionis necitate, sed miserationis volnntate suscepit. Ambro sius etiam in li. iij. de trini. sic ait. Scriptum est. pater si possibile est transeat a me calix iste. timet ergo christus et dñs Petrus nõ timet. christus timet. Petrus dixit. animam meam pono pro te Christus dicit. anima mea turbatur. Vtrũq verum est et rõnis plenũ. q̃ et ille q̃ ẽ inferior nõ timet. et ille q̃ superior est gerit timentis affectuz Idẽ in eodem vt homo turbatur. vt homo flet. vt homo crucifigitur. ꝑ naturaz hominis et dediuit. et resurrexit xp̃us.

¶ i.

non turbatur eius virtus. non turbat eius diuinitas. sed turbatur aia. fm humane fragilitatis assumptionem turbatur. nam qui suscepit aiam suscepit etiã anime passionem. non enim eo quo deus erat aut turbari aut mori posset. Idez in eodem. suscepit tristitiã. confidenter tristitiaz noio. qui crucẽ predico. vt homo habuit tristitiaz quã in eo suscepit affectu. mihi ꝓpatiẽ mihi tristis est. nihi dolet. ergo pro me et in me doluit. q̃ pro se nihil habuit quod doleret. doles igitur dñe ihesu mea vulnera non tua. qz tu nõ pro te. sed pro me doles Hiero. quocz in explanatione fidei ait nos ita dicim⁹ hoiem passibilem a dei filio susceptũ. vt deitas impassibilis ꝑ maneret. passus est enim dei filius nõ putatiue. sed vere oia que scriptura testatur fm illud quod pati poterat. s. fm substantiam assumptam. licet ergo ꝑsona filij susceperit passibilẽ hoiem. ita tamen eius hitatione fm suam sbam nihil passa est. vt tota trinitas quã ipassibile necesse est cõfiteri. his alijsq; auctoritatib⁹ perspicuũ fit xp̃m vere passibilem assũpsisse hoiem atq; in eo defectus et affectus nostre infirmitatis susceperisse. fm volũtate ñ necitatis cõditiõe

¶ Hic ponit que predictis aduersari videntur.

Quedam tamẽ reperiuntur in sanctoz tractatib⁹ que p̃missis aduersari videntur. nam sup illum locum psalmi. clamaui et non exaudies. Augu. tradere videtur christum nec vere tristatum eẽ sic dicẽs. Quomodo hoc dicat qui peccatum non fecit. nec inuentus est dolus in ore eius sed de nobis corpore suo hoc dicat. corporis enim sui. i. eccle gerebat ꝑsonam. sicut et alibi cum dixit transeat a me calix iste. pro nobis loquit̃ nisi forte putetur timuisse mori. sed non vere timebat dñs pati tercia die resurrecturus. cum arderet paulus dissolui et esse cuz christo. non enim fortior est miles q̃ imperator. Miles ergo coronandus gaudet mori et dñs coronatur timet mortem. sed infirmitatem nostrã repzesentans. pro suis infirmis qui timent mori hoc dixit. vox illoz erat. Hiero. etiã ait. erubescant qui putant saluatorẽ timuisse mortẽ. et passionis pauore dixisse. transeat a me calix iste

¶ Determinatio auctoritatum.

Ne autem i sacris literis aliqua aduersa diuersitas esse putet. hanc auctoritatum vebra in hũc modum accipienda dicim⁹. vt non veritatem tristis et tristicie vel passionẽ. fimoris et tristicie necessitatem. et passionem a christo remouisse intelligatur. habuit enim christus verũ timorem et tristitiam in natura homis. et non sicut nos qui membza eius sumus illos aũt causa pcti nostri his defectib⁹ necessario subiacemus. et in nobis sẽ istis defectibus fm ꝑpassiones et passionẽ. sed in christo non nisi fm ꝑpassiones. sicut enim in peccatis gradus quidam notãtur passio et propassio. ita et in his affectib⁹ penalibus. afficitur enim q̃s interdum timore et tristicia. ita vt non tamẽ mentis intellectus moueatur a rectitudine vel dei cõtemplatione. et tũc ꝑpassio est. aliqñ vero mouet̃ et turbat̃ et tũc passio ẽ. xp̃us vero non ita fuit turbatus in aia timore vel tristitia vt a rectitudine vel dei cõtemplatiõe aliqñ tenus declinaret. fm quẽ modũ intelligitur cũ dz non timuisse vel tristis fuisse Vñ Hiero. sup Mathe. vbi legit̃. cepit cõtristari et mest⁹ esse. vt veritatem inquit ꝓbaret hois assũpti vere cõtristatus ẽ. fm nõ passio ei⁹ dñatur aio. verũ ꝑpassio ẽ. vñ ait. cepit cõtristari. aliud enim ẽ contristari. aliud incipe contristari qđ est. aliter contristatur q̃s ꝑ ꝑpassionẽ. aliter ꝑ passionem. idõq; fm hanc distinctionẽ aliquando dicitur christus non vere timuisse. aliquando vere

timuisse. qz verū timorez habuit ⁊ tristitiam. sed non ꝑm passionem neqꝫ ex necessitate conditionis. vnde Augu. ex his causis volens assumi dictoꝝ intelligentiā. dicit Christum nō vere timuisse vel tristatum eē. et incontinēti veram tristiciā habuisse. His verbō infirmos in se prefigurās dñs ait. pater si fieri pōt transfer a me calicē istū. non em̄ vere timebat dñs pati tercia die resurrecturꝰ. cū arderet Paulus dissolui. et esse cum christo. iste gaudet coronandus et tristis est dñs coronandꝰ. Ecce hic videtur Augu. tristitiam et tīorē a christo remouere. Continuo autē subiūxit. sed tristitiam sic assumpsit q̄ modo carnē. fuit em̄ tristis vt euangelium dicit. Si em̄ non tristis fuit cū euangelium dicat. tristis est aīa mea vsqꝫ ad mortem ⁊c̄. ergo ⁊ quando dicit dormiuit ihūs non dormiuit. vel q̄ dicit manducasse non māducauit. ⁊ ita nihil sanum relinquetur. vt dicatur etiam. qz corpus eius non erat verum. Quicquid ergo de illo scriptū est. verum est ⁊ factum est. ergo et tristꝫ fuit. sed voluntate tristitiam suscepit verā quomō voluntate carnē veram. Ecce apte nosci eundem sibi in his verbis contradicere. nisi varias dictoꝝ discerneret causas. ex quibꝫ intelligentia verboꝝ assumenda est. si em̄ discernatur intelligentie causa predictoꝝ verboꝝ nihil occurzit contradictionis.

¶ De quibusdā Hilarij capitulis valde obscuris que videntur coī sententie obuiare.

Veruntamen magnopere mouent ac difficiliorē afferūt q̄stionem ꝑba Hila. quibꝫ videtur tradere ictus ⁊ vulnera ⁊ hmōi sic in xp̄m incidisse. vt passionis dolorē non incuterent. sicut telū tractū ꝑ aquā vel ignē vel aera ea facit quod ⁊ cū trahitur ꝑ corpa aīata. qz perforat ⁊ compūgit. non tn̄ dolorem ingerit. qz non sunt ille res dolorꝭ capaces. Ita ⁊ corpus christi sine sensu pene vim pene excepisse dicit. qz sicut corpus nostrum nō habet talem naturam vt valeat calcare vndas. ita corpus christi dicit ñ habuisse naturam nostri dolorꝭ quia nō habuit naturam ad dolendum. Ait ei Hylarius in. x. libro de trinitate vnigenitus deus hoīem verum ꝑm similitudinem nostri hoīs nō deficiens a se dosumpsit. i quo q̄ꝫ ictus inciderꝫ. aut vulnus descenderet. aut nodi concurzerent. aut suspensio eleuaret. afferent q̄dem hec impetum passionis. non tamē dolorem passionis inferent. vt telum aliquod aquā perforans vel ignem cōpungens. vel aera vulnerans. omnes quidem has passiones nature sue infert. vt perforet vt compungat vt vulneret sed naturam suam in hoc passio illata non retinet. duꝫ in natura non ē vel aliquam forari vel pungi ignem. vel aera vulnerari. q̄ꝫ nate sit teli vulnerare ⁊ compungere ⁊ forare. passus inuenitur quidem christus dum cedit. dum suspenditur. dum moritur. sed in corpus irzuens passio. nec nō fuit passio. non tamen naturam passiōis exercuit. duꝫ et penali misterio pena deseuit ⁊ virtus corporis sine sensu pene vim pene in se descendentis excepit. habuit sane illud dñi corpus dolorꝭ nostri naturam. si corpus nostrum id nature habet ⁊ calcet vndas. et desuper eat fluctus. nec clause domus obstaculis arceatur. at vero si domini corporis solum ista natura sit vbi feratur in humidis. et sistat in liquidis. ⁊ structa trāscurzat. quid ꝑ naturam humani corporis carnem ex spiritusancto conceptam iudicamus. caro illa de celis est. ⁊ homo ille de deo est habens ad patiendum corpus. et passus est. sed naturaꝫ non habens ad dolendum. Item i eodem videamus an ille passionis ordo infirmitatem in dño dolorꝭ permittit intelligi. dilatis enim causis ex quibus

metum domino hereſis aſſcribit res ipſas vt geſte ſunt conferamus. nec enꝫ fieri poteſt vt timor eius ſignificetur ī verbis. cuius fiducia contineatur in factis. timuiſſe igitur hereticę paſſionem videtur. ſed ob ignorantie huius errorem. ¶ Petrus et ſathanas et ſcandalū eſt. an ne timuit qui armatis obuius p̄git et in corpore eius infirmitas fuit. ad cuius occurſum conſternata perſequentium agmina ſupinatis corporibꝫ ceciderunt. quam igitur infirmitatem dominatam huius corporis credis. cuius tantam habuit natura virtutē ꝫ fortę dolorem vulnerum timuit. quę rogo o tu dominice infirmitatis aſſertor penetrantis carnē clauī habuit terrorem qui exſiſam aurem ſolo reſtituit attactu. producens aurem hęc manꝰ clauum dolet et ſentit vulnus qui alteri dolorem vulneris non reliquit. pungende carnis metu triſtis eſt cuius tactu caro poſt cedem ſanatur. ¶ Item collatis igitur dictorꝫ geſtorumq̄ virtutibus demonſtrari non eſt ambiguum. ī natura corporis eius infirmitatem corporee nature non fuiſſe ⁊ paſſionem illam licet illata corpori ſit. non tamē naturam dolendi corpori intuliſſe. qz licꝫ forma corporis noſtri eſſet in domino non tamen vitioſe infirmitatis noſtre forma erat in corpore quod ex conceptu ſpūſſancti virgo progenuit ¶ Audiſti lector verba Hylarij quibꝫ dolorem excludere videtur ſed ſi excuſſa sēſus ⁊ impietatis ebetudine p̄remiſſis diligenter intēdas. atq̄ ipſius ſcripture circunſtantiam inſpicias dictorꝫ rationem atq̄ virtutē percipere vtcunq̄ poteris ⁊ intelligēriam arguere nō attemptabis. ¶ Intelligitur em̄ ea ratione dixiſſe dolorꝫ paſſionis in xp̄m nō incidiſſe ⁊ virtute corporis chriſti excepiſſe vim pene ſine ſenſu pene. qz cauſam ⁊ meritū doloris in ſe habuit. qđ videtur notaſſe vbi ait. non habens naturam ad dolendum. ⁊ ideo non iudicanda eſt caro illius ſm̄ naturam noſtri corporis. nec in eo etiam dominuꝫ habuit paſſio. ita etiam non habuit naturam ad timendum vel triſtandum. quia non habuit talem naturaꝫ. in qua eſſet cauſa timoris vel triſticie. ¶ Itaq̄ neceſſitas timendi non fuit in eo ſicut eſt in nobis. nec natura doloris fuit in eo ſicut in nobis. triſtitiaꝫ tamen in eo fuiſſe conſequenter aſſerit. ſed cām ei⁹ extitiſſe non ſuam mortez. ſed defectū ¶ Petri et aliorꝫ apoſtolorꝫ. dicit enim xp̄m non propter mortem ſed vſqꝫ ad mortem triſtem fuiſſe ¶ His verbis interrogo quid ſit triſtē eē vſqꝫ ad mortem. ¶ Non em̄ eiuſdez ſignificationis ē triſtem eē propter mortem. ⁊ vſqꝫ ad mortem. quia vbi propter mortez triſtitia eſt. illic mors cauſa triſticie ē. vbi vero triſticia vſqꝫ ad mortem ē. mors non triſticie cauſa eſt. ſed finis. a deo autem non propter mortem ſuſcepta eſt triſtitia vt ſit deſtituta p̄r mortem. nō ergo ſibi triſtis eſt. ſed illis qui in ſcandalo p̄ infirmitatem carnis erant futuri quos monet orare ne inducantur in temptationem. qui ante polliciti erāt ſe non ſcandaliſari

¶ Diſtinctio. xvi

An in chriſto neceſſitas fuerit patiendi et moriendi q̄ eſt defect⁹ generalis

Hic orit̄ que

ſtio ex predictis ducēs originem. dcm̄ eſt em̄ ſupra q̄ chriſtus i ſe noſtros defectus ſuſcepit preter pcm̄. Eſt aūt hois quidam generalis defectus qui pcm̄ non ē. ſ. neceſſitas patiendi vel moriendi. vñ noſtrum corpus non tantuꝫ mortale ſed etiā mortuum dicit̄. qz non tantuꝫ aptitudinem moriendi. ſed etiā neceſſitatem habet. iō queritꝰ vtrū neceſſitas talis in xp̄i corpe fuerit. de aptitudine enim moriendi q̄ in eo fuerit ambiguū non eſt. que etiaꝫ ante pcm̄ in hoīe fuit qm̄ aliquis in eo defectus nō fuit. nec igit̄

moztalitas illa tūc in eo fuit defectus. qz nature ei erat vnde etiā quidā talē moztalitatem in nobis non eē defectū non improbe tradūt sed necessitatem moziendi vel patiendi. que etiā moz/talitas dicitur vel passibilitas. dicit ei hō nunc passibilis vel moztalis nō mō propter aptitudinē. sed propter necessitatem. Sed nūquid hic defectus fuit in xpi carne. Alia quoqz eius cū passibilis extiterit ante mortē. nunquid necessitatē patiēdi habuit. Si em necessitas patiendi vel moziendi fuit in xpo non videt sola voluntate miserationis defectus nrōs accepisse Ad qd dici potest xpm volūtate. non necessitate sue nature hos defectꝰ sicut alios suscepisse. s. necessitatē patiēdi in anima. simul aūt patiendi. z moziendi in carne. verū hanc necessitatē non habuit ex ncāta/te sue conditionis. qz a pctō immunis fuit. sed ex sola voluntate accepit de nostra infirmitate. ponens tabernaculum suū i sole. s. sub tpali mutabilitate. z labore. vnde sup epla ad hebreos auctozitas dicit. q sicut hoīb alijs iure. z lege nature statutū est semel mozi. ita xps eadē ncāte. z iure nature semel oblatus est. z non sepe. nec ideo dicat iure nature q ex natura sue conditiōis hunc defectū contraxerit qui etiā nō p/uenit nobis ex natura fm q pzi? ē nobis instituta. sed ex ea pctō vitiata. z iō dicē hic defectus naturalis. qz quasi p natura inoleuit in oīb diffusus

De statib hoīs et quid de singulis xps accepit.

Est hic notandū xpz ō oī statu hoīs aliquid accepisse. qui oēs venit saluare. sunt em quatuoz status hominis. primus aī pctm. secundus post pctm. z ante gratiā. tercius sub gratia. quartus in gloria. de primo statu accepit immunitatem pcti. vnde Augusti. Illud Johānis euāgeliste exponēs q desursum venit super omnes est. dicit xpm venisse desursum. i. de altitudine humane nature ante pctm. qz de illa altitudine assumpsit dei verbū humanā naturam. dum non assumpsit culpā cuius assūpsit penā. sed penam assūpsit de statu secundo. z alios defectus. de tercio vero gratie plenitudinem. de quarto non posse peccare et dei perfectā cōtemplationem. habuit em simul bona vie quedam et bona pīe sicut. z quedam vie mala.

Distinctio. xvij.

Si omnis christi oratio vel voluntas impleta sit.

